

42  
-83

~~15 a. 2-27~~

R. 9536



~~14 to 17~~

~~3  
26-196~~



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA	
GRANADA	
Sala:	Caja
Estante:	C
Número:	83



7070.8

UNIVERSITÄT	
CANADA	
Saldo:	
Estimo:	
Numero:	

TITIGALLI  
INSTITVTIONVM IV.

hęc Pauli Sententiarum cum titulo  
rum omnium, indice in eisdemq;  
prefatione recēs opus, quod vbi  
introspexeris lector vigilātissi  
me haud te pœnitebit quan  
tum fructus in eo decerpse  
ris summa cum diligen  
tia excussum in lu  
cem foelici omi  
ne prodit.

AN. M. D. XXXV.

Venūdatur apud insigne scuti Basiliens  
sis Parisiēsis via ad diuum Iacobum.

DE LA LIBRERIA  
DEL REAL COLEGIO MAYOR  
Reunido de Santa Cruz, y  
Santa Catalina.  
E. 2.º C. 29. N. 19



ALMARICVS BOVCHARDVS AN-  
TONIO PRATENSI GALLIA  
RVM CANCELLARIO.

S



Cripta est in ueteribus commentarijs Theodo-  
sij principis querela illa literarum omnium be-  
neficio insignis. Qua non parum miratur in-  
numeros homines iuris ciuilibus cultu & com-  
mendatione ditatos, oppido tamen paucos qui  
sinceræ doctrinæ huius latices imbiberit, aut  
soliditatem artis ex puris fontibus haurire co-  
nentur. Querelam uero nobilem & grauem,  
ingenuoq; homine, immo ipso principe dignā  
eam autumo, & quæ posteris prodesse sui memoria iure proterat. Sed alia  
rum quidem calamitatum uiuax est per se recordatio, ingenij uero non  
perinde iactura tenax hebetiore conuiuentia languescit. Etenim iam in-  
de a Theodosij memoria, liquet qua Cæsarei iuris ignoratione nullo nu-  
mero authores scripserint innumeri, quibus portentis, immo funcribus iu-  
risprudentia confossa sit, quibus laruis sacrosanctæ personatæ sint leges, ut  
non temere crediderim, Papinianum si a manibus euocetur aut se inter su-  
os non agniturum, aut Gothicis interpretamentis obrutum infelicem pu-  
taturum se, quod scripserit. Nempe si id quod res est fateri non pudet, Om-  
nia deprauata, omnia adulterinis coloribus illita sunt, nihil prisca cha-  
racteris, nihil saluæ Romanæ, nihil ueteris succi, nihil antiquæ erudi-  
tionis, nihil solidæ germanæque iurisprudentiæ superest. Adscita pro na-  
tiuis, aduentitia pro castrensibus, succisa pro integris elaborantur.  
Eoque malo natum est ut ius illud uere romanum numeris omnibus ab-  
solutum, cunctarum fere gentium consensu receptum, & satis sua mo-  
le laborans; in eruditorum uota trāsire desierit quod maiestatem, æqui-  
tatem, grauitatemque ciuilem, in ciuilibus umbris & fumosis imagini-  
bus immutauerimus; iactura non hercle paulo minore quam quæ glauco  
homerico fuit, dum ἡσθησεν χαλκείῳ ἐκατόνκοι σὺν ἑα βοίῳ per-  
mutat. Queritur itaque idque non iniuria Theodosius princeps, de-  
functum iuris corpus, ossa & cineres eius in utentium admiratione de-  
ridet. Semper dolendo huic funeri qui iusta soluerunt, horum malorum po-  
tissimam causam unam esse non temere prodidere interpretum nostratum  
Catalogum, illegitimum & ignauum ordinem. Quorum ignoratione

atque etiam ueneratione, eo miseriarū res progressa est. ut a concepta ex-  
 pectatione Iustinianus ἀναλαβὴν ὅσων τῶν τριβονιαῶν ἡλυμαῶν  
 ceciderint, & omnia confusa in antiquum chaos & ueterem syluam pro-  
 dierint. Summaria pro iuris speciebus, & mortua glossaria pro iure con-  
 sultis in ore habētur, nec iam quisquam in honore est nisi Ludouici Roma-  
 ni singularia ad manum habeat cum nil in rebus humanis romanum sit aut  
 singulare minus. Iam uero & si quid eodem luto factum imbiberint, aut  
 quos uocant legum floris ex adonidis hortulis collegerint inter pompo-  
 nios & scaeuolas succentuariari desiderant, & coactis utcunque uersibus  
 ponderatisq; ut aiunt, uoculis & uersiculis, in uerbo, uolumina conflant nō  
 solum eruditorum oculis; sed & imperitorum manibus grauissima. In ijs  
 enim cum plura congerantur quam digerantur extra chartaceam molē  
 spectabile nihil aspicias sed ea hac ipsa unice pendentia uidebis. Verum eo  
 magis animi pendeo maiorque rubore suffundor, quod cum id temporis  
 in Iustiniani, non item in Christi uerba iurarint, eo tamen loci authoritatē  
 principis illudere, eiusq; sancitis ac placitis illos sycophantari non pudet.  
 Quippe cum Iustinianus commentarios id genus eorumque similes, sed &  
 meliores ita respuerit, ut nihil habuerit antiquius quā id unum uetare, ne si  
 eret in eo titulo, quem de enucleando ueteri iure inscripsit singulos oblitera-  
 uit. Ne, inquit, uerbofuitate sua iuris nostri compendium confundant, quem  
 admodum in antiquioribus factum est cum per contrarias interpretan-  
 tium sententias totum pene ius conturbatum sit. Quod parum consulte cō-  
 siderantes doctores magistri nostri ridicula nescio quæ uel uaniora si-  
 culis gerris effutiunt, non solum ab imperatorijs legibus ex diametro distā-  
 tia, sed & funditus aliena & contraria, dicentes opinionem Bartholi si  
 non accursiane deroget pro lege semper habendam. Idque unum explora-  
 tum habent perinde ac si ex sibyllinis uersibus eruissent. tametsi aut spurium  
 aut nullum habeant authorem. Cum tamen is apud eos sit triuialis & re-  
 ceptus error, non aliter atque si iura statuissent habendum putant, barba-  
 rij Philippi hominis quondam serui Romæ tamen præturam agentis exem-  
 plo suffulti, non item Proculi iureconsulti iudicio innitentes, qui non tam  
 inspiciendum quod romæ factum est, quam quod fieri debuit, doctissime, iu-  
 xta æquissimeque scriptum reliquit. Quod si tam adulta consuetudo lasciui-  
 entis ignorantie non eo usque cæcam mentem obtunderet, ut sibi ipsa malo  
 esset, nec instar gallinæ serpentis ouum excubantis, suum ipsius foueret inte-  
 ritum uiderent utique nostrates legū propolæ & dinundinatores improbi,  
 qua sarcina, quibus authoramentis, pectus humanū excruciet, qui ueteri in

go nosuam imponunt, & tantam legum farraginem super additis iuribus  
adaugent. Nam ut taceam leges ipsas interphialas & plagas ira dei ab  
apostolicis scriptoribus enumeratas, ideoque iustum ut αὐτονομον nul-  
lis astrictum, homini tamen ipsi uel impio, modo libero, illiberale ni-  
mum existimo, succrescentibus affatim plenaque manu necessitatum ar-  
ticularis illarum auctarium in caput inquirere. Atqui ut Demades elegans  
ter ait τοις μὲν δούλοις ἀνάγκη, τοις δὲ ἐλευθεροῖς νόμος  
ἀνάγκη. Quenam igitur, malum, ratio puris integrisque corporibus cau-  
terium adijcere, quod tamen si salutare nonnihil spondet futurum prius  
tamen uulnus excipias oportet quam tempestiuum commodumque com-  
perias. Quocirca scite admodum Archesilaus ille, ubi terrarum legum  
copiam inuenit, illic & malorum lernam & iniustitie maximæ piaculum  
adesse, coireque dicebat ὡς ἴφρη ὄψω φάρμακα πολλὰ καὶ ἰα-  
τροί, ὡταῦτα νόσοι πλείσοι, οὕτω καὶ ὀπινόμοι πολλοὶ, ἤταῦτα  
πλείσοις κακοῦς εἶναι ἐκός ἐστι καὶ ἀδίκημα μέγιστον, vides itaq; qui-  
bus officijs nobis consulere, quibus beneficijs nos demerere, qui nos-  
tro legum oceano non contenti, in aduentitias Accursij, Barth. specu-  
li, aliorumque persimilis farinæ leges miseram mentem addixerunt. Hi  
sine mihi usi sunt ingeniorum carnificinam magno solide eruditionis  
dispendio maioreque ciuitatis iactura constasse & instituisse, nihil me  
iudice flagitiosius in nos admissuri, ni nostro se sanguine inebriassent.  
Roget aliquis. Sed plura negocia cum sint quam rerum uocabala &  
uarios fortuna casus affatim emittat, quos nec ius ipsum aut quamli-  
bet ingeniosus artifex præuidere queat, num hic argumentosi homines  
in harena sua præsertim subsidio appellandi sunt? Respondebo actutum,  
non uideri. Vel illius ergo, quod eo nomine singulis haud dissimilis an-  
sa calumniandi dabitur, & apud eruditione dispares non impar scribē-  
di ius erit, sciolorumque scripturientium quiuus unus sacrosanctum iuris  
mysterium prophana temeritate fœdabit. Proinde ea est stœda licentia,  
qua tantis infra citraque tēporibus nec iniquior habita est ulla, nec perni-  
ciosior altera. Nam cum claris & ingenuis hominibus integrum esset ci-  
uilibus sacris solidisque legibus feliciter initiari, & sacrosactis iuribus im-  
butis adoptiuus honestari sacerdotum insignibus, Quominus tamē id a-  
ctum sic debemus bellis istis commentarijs: quos neglectis literatioribus li-  
teris ūlterate nimium in oculis atq; etiam in osculis habēt. Quibus argumē-  
tis personatā leguleorum nostrorū inscitia nemo mediocriter doctus igno-



rat, Ut dum cytharædi esse non possint, aulædi fiant, dum iureconsulti no-  
men nescio quid maius sibi pollicetur quod altius erigat caput. Aliunde si-  
bi gloriam queritant, multa ambitione, nulla eruditione fermentatam.  
Quippe qui natiuam & intercutaneam legum emphasim omittant, solo nu-  
merorum aucupio & primoribus legum uoculis insidiantes, additis inibi  
Bal. Pauli castrensis, Iaso, Immole, & nescio cuius perusini, adde si pla-  
cet etiam perurendi angeli sanctionibus in communem optimi iuris inu-  
riam & ruinam elaboratis. Quorum omnium opera factum est ut ex com-  
mentario unice pendeant & sapiant, & eo mediussidius in quo nihil can-  
doris aut uetusti iuris eluceat sed omnia oppositionibus, limitationibus, di-  
stinctionibus, quæ suffita, singula sinuosis citationum mæandris implici-  
ta sunt, quæ si ad amissim examinentur, a germano legis intellectu lecto-  
ris ingenium rerum desperatione magis auertunt quam enodatione con-  
uertant. eoque magis excruciant, quod post innumeras fallentiarum (ut  
aiunt) & contortarum legum uoragines, neminem inuenias qui non prio-  
ris scripta deprauet, qui non aliam aduersum speciem imponat, qui non  
pro uirili sua digladietur, & in plenum qui non sic iureconsultum sanxisse  
profestitia lance textu librato trutinat. Quo malo nec aliæ quidem ar-  
tes nouerunt indignius, nec leges ipsæ deterius punierunt. Idque quàm su-  
erit ab ingenerata iuris professione dissentaneum, quam sit a iustis legis in-  
terpretibus alienum, nullis alijs nominibus appositius ostendi posse confido,  
quam ex Titi Gaij & Iulij Pauli commentarijs, qui eorum fuerint & ipsi  
doctissimi iuris interpretes, Ita ut hic cum Vulpiano iuris coriphæus apa-  
pellatus sit, alter ex æquo disciplina legitimæ uerticem cum papiniano te-  
nuerit, quibus parasangis eorum monumenta a nostris distent, ex eo-  
rum salua, stilo, breuitate, ex ipsaq; maiestate eloquij deliberare non puto  
difficile. Tantum enim apud ueteres rerum inquisitores illorum potuit au-  
thoritas, ut immesum illud prisicarum legum pelagus tot librorum & uersuum  
æquoribus exundans, eorum uigilijs ac laboribus in angustias redactum sit. In  
Stinianus enim princeps, siue hic redemptor sartorum ac tectorum iuris siue tri-  
bonianus fuerit, cum gentile omnibus ciuilibus prudentiæ segete sanctissima ope-  
ra facere instituisset. Q. Mutium, Gallum, Aquilium, Labonem, Saluum, Iulianum,  
Neratium, Priscum, Papinianum quoque, in pandectarum suarum decuriam cõcepis-  
set. Horum & placita aliorumque, ad septem usque & triginta qui uulgo enumeran-  
tur in delitijs habuit: quibus tantum gratiæ & authoritatis impertijt, ut &  
iurisconditorum nomenclatura honestaret, & eorum responsis digestorum  
suorum titulos non secus ac centones quosdam consueret. Hi uero cum legis

condendæ potestatem non haberent, sed aut conditam interpretarentur  
 aut non satis expressam speciebus additis illustrarent, ut de iure interrogā  
 tibus consulentes iureconsulti, ut legihus δ' ὀδ' ἐκ αὐτῶν ἄλλοις inservientes  
 & subscriptentes, ipsarum interpretes veterum memoria uocitabantur. &  
 quibus primæ longæ delatæ erant, ob earum legum uenerationem, quæ  
 & maiestatis pondere, ut. M. T. C. ait, & ubertatis utilitate, quæ sunt quæ  
 fuerunt iura omnia superarunt. Ego autem dum in excutiendis nonnul-  
 lis antiquis officinis summo quondam studio, non minoreque impensa cla-  
 boratis nauarem operam, inciderunt in manus, Theodosij imperatoris le-  
 ges non mutile quidem aut mancæ quales uulgo circumferuntur. aut sum-  
 matum truncate sunt, sed integerrimæ, copiosissimæ, & consulum sub  
 quo latæ sunt singulis sanctionibus imposito nomine, Nouelle Item diui Va-  
 lentiniani, Augusti, Maioriani, & Seueri, Codex Gregorianus & her-  
 mogenianus, Ex libris denique Iulij Pauli Sententiæ receptæ sunt, institu-  
 tionumque Titi Gaij liber unus, quem cum sententijs Pauli imprimendum  
 curauī, & tanquam πρὸς ῥομῶν emisi in lucem. ut siquam legentium in  
 oculis gratiam inuenerint, delitescentes socios confestim aduocent. Non  
 quod eo facto rei literariæ abunde consultum iri autumen. Tametsi haud  
 sim inscius id non fore literatis munus ingratum, aut quod pia hac ex-  
 postulatione μισοκἀλοίς nebulonibus ueterem commentariorum usum  
 immo corruptissimum tantæ confusiois usufructum antiquare, uel abro-  
 gare, confidam. neque enim id Guiljelmo Budæo galliarum aristarcho  
 per eruditos sudores, doctas annotationes, & singulares antinomias, uel  
 Triboniano ipsi ne dicam Razio palinodiam indicentes hactenus licuit,  
 usque adeo ἕν πολλοῖς ὡσπερ ἰσοκρατῆς θφὴ πολὺ διεσώθη εὐεχέστατον  
 μετ' ἰσχυρῶν ὠδῶν γνῶμας καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας.  
 Itaque cum sit id maius q̄ per priuatā fortunam nedum meam uideatur ne-  
 gocium esse, nimirum ea imploranda est nobis, quæ celestibus archæ-  
 nis imbuta, terrenis infantijs legem imponere possit. Inuentu quidem dif-  
 ficilis, rara quippe est, sed non eo tantum nomine præclara, tua est ip-  
 sissima. Etenim cum ad te unum summa cum eruditione etiam regni no-  
 stri summa peruenerit, & Franciscus galliarum princeps rempub. suam  
 omnem tanquam dotali quodam matrimonio tibi curarum suarum con-  
 scio commissam esse uoluerit, quem ad tam sanctum laborem apellem, ex-  
 tra te uideo neminem. Siquidem id ipsum tametsi quisque optimus in inti-  
 mis habeat, uoto nihil secius impar potentia: non tam futura quam fa-  
 cienda promittit, principes autem quorum in manu rerum uersatur impe-

rium, cum non tam ingeniorum quam terrarum fines dilatare procurent  
belli magis quam pacis artibus insudant. Ideoq; cū uel desiderio robur, uel  
robori desiderium desit, tu uero utrūq; paratum appositum, & ad manum  
habeas, qui fieri potest ut tu lege matre conceptus, iure patre progenitus,  
educatus, prouectus, tā insignem & famosam iniuriam uindictæ potens nō  
excutias. Rogant te igitur tibi congenitæ artes, & mansuetiores literæ  
supplices exposcunt, ut populatis honoribus & spoliatis legitimis heredi-  
tatibus illas restituas, neque enim inscius es qua barbarorum hominum im-  
pressione a uetere sua gloria iuris prudentia desierit, qua maleferiato-  
rum cōmentariorū irruptione prædijs ornatissimis, instructissimis spolia-  
ta sit, ut quæ iam olim omnium facile artium peditatu decora; oculatorum  
oculos memoriarū ueterū cōcinna deriuatione teneret, reliquis disciplinis  
lumen afferret, sic colluceret ut nullius splendore deoscuraretur, nunc im-  
pudentibus multorū nugulis oppressa, adulterinis interpretibus prostituta,  
bonis auitis orbata, lacera, mutila, circūcisa, tandem a sordidissimis iu-  
ris helluonibus principatu literarū expulsa est. Vbinā gentiū quæso nūc  
pristinus legum ille candor, uetus sententiarum castimonia, facilis uerbo-  
rum delectus togata grauitate procedens. An num ea ipsa hæc mundicia  
rum supellex frigida commentariorum nostrorum alluione dirigit. At-  
que inuicem deus bonæ quæ monstra uerborum, ò stendam uersuram, nobis  
obijciant, quam ciuilis sermonis egestatem, quam inquinatam sensuum ino-  
piam, quam confusam insolentiam doctrinæ leetoribus suis infundant ne-  
mo hercule quisquam ignorat, nisi qui literas non nouit. Verum hoc me ma-  
gis sollicitat quod cum a disertissimis iuris conditoribus ciuilis doctrinæ  
futura prouideretur eclipsis qui hanc uetaret dudū inuenere, qui uero pu-  
niret etiam tum inuentus nusquam, exijt edictum ne fieret, facti tamen nul-  
lum exemplum uindictæ, eoque malo licentiosaque impunitate cōsimilis ue-  
neni germina prodierunt. Habuit enim & hoc uicium subscriptores suos  
adco in malis multorum est natura præceptus. Quippe qui uulgares & cir-  
cūforaneas leges utentium moribus conciliatas, quas cōsuetudines appella-  
mus, iisdem fere sed minore periculo nempe priuato & prouinciali syco-  
phantijs obruerunt. Quo uno quod commentum aliud infelicius, infan-  
tius, infructuosius, excogitari possit non plane cōpertum habeo. Siquidem  
cum peculiaris domestica & per se nuda res sit consuetudo, ut etiam eius  
phrasim uel mucosis naribus anicula subodoretur & sentiat, In hac ta-  
men artium sola euenit, ut cum reliquarum commentarij in lucidiorum  
rerum intellectum elaborentur, hos tamen eo nomine fieri uidemus ut rē

natura manifestam ac notam additis corolarijs obscurant. Iam uero inibi  
querere consiliū non est: num grauate in principem peccent qui nulla eius  
auctoritate statas prouinciales consuetudines spurcissimis ineptijs de-  
turpant, cum illius unius sit interpretari, cuius & condere. Nunc tan-  
tum illud rogatum petitumque uolo, ut si per principem liceret burgundi-  
onum, biturigum, & pictonum, siue aliorum quorumuis populorum con-  
suetudines positis commentarijs adornare, qua forensium causarum utili-  
tate, quo prouinciarum patrocinio ieiūni literiones ista moliantur. Et  
enim apud eos receptum est, ut si consuetudo legi deroget, illam abroget.  
Sin minus quod nam quæso operæ precium facturos se autumant, uel nullo  
ponderis incremento leges addere, uel in rebus haud quaquam arduis & le-  
uibus uerba prodigere peregrinas quæstiones illic consueuere, arcem ex cloa-  
ca tentare: ex ea que tam moli cæca nullam plaste manum desideranti omniū  
turpitudinum idola consingere. Plane & ex ea familia nonnulli adoleuerūt  
simioli, qui rem eam mollioribus articulis tractare studentes, non eo tan-  
tum loci uim legibus intulere, sed & ex humanarum artium pomerijs mi-  
nutissima quæque musis iratis ab inuita & reluctantæ Minerva detorsērūt.  
Ad hæc & ut omnigenæ eruditionis promptuarium conflare uideantur, ho-  
mines nulli oneri ferendo sua sententia non impares, statim atque non præ-  
nitendorum authorum sententiolas inseruere, ne quid, inquit, sitibundo  
desit lectori, medicorum exuccorum theologorum & corruptissimorum  
quorumuis nenas agglutinant, ex ea promiscuorum dogmatum circun-  
fluente copia uerorum & syncerorum inopiam contrahentes, non satis,  
ut res docuit: existimantes nullam esse rerum earum copulam fidelem quas  
peculiari quodam diuortio natura ipsa distinxit. Hæc est si dijs placet in-  
terpretum neotericorum fætura nobilis, hæc ciuilis prudentiæ nostræ cla-  
ra progymnasmata, quæ principum, & magistratuum indulgentia con-  
cepit, legales commentarij peperere: o tempora: o mores: o scelus: o por-  
tentum, in ultimas terras exportandum. Quousque tandem uires nostras  
ignorabimus? Tandem ne aliquando sapiemus? & ueteres illos iure consul-  
tos, & benedicendi heroas plenis pectoribus imbibemus? Verum id fieri,  
qui potest, in tanto discrimine rerum, & compugnante doctrina ni dispon-  
dijs interpretibus nuncium remittentes illos sero tyrocinio uberioris fru-  
gis obliteremus. Verum, inquit, si non ita Deus Optimus Maximus, ut  
Homerus eleganter ait, sua dona quibuslibet impertijt, sed alijs inge-  
nij acumen, alijs mentis dispendio formam, alijs eloquij nitorem infu-  
dit. Certum quidem est non omnia omnibus passim obuia esse, & plerosque

adco infelici & obtuso Marte creatos, ut diffiteri ingenio cogantur &  
aliunde quæere adiumenta doctrinæ. Vin tam imperiose dices tam exa-  
ctæ tamque seueræ legum doctrinam uocare ad calculos & ad istas uera-  
borum angustias & literarum angulos monogrammas cogere lectores,  
ut is ipsis aduentitiam interpretationem abneges, qui per etatem aut il-  
liberalem institutionem, castrensem sibi quæere non possunt. Ec quis dix-  
erit quispiam legum scirpos, & latentium tot tantarumque rerum simula-  
chra rudi populo, salebrosas quoque iuris species inter titulorum spineta  
delitescentes litigantibus enodabit, Nonne hic auxilio uocandus est ac-  
cursius, Minime omnium. Legum quippe ministri. Inquit. N. T. magistra-  
tus, legum interpretes iudices. his enim solis quantum deprehendere ex il-  
lino licet iuris titulos eorumque subtilitates paratitijs, & admonito-  
rijs (sic enim uocat) interpretari fas est, alijs autem si principis fides apud  
nos labefactata non fuerit, nunquam licebit impune. Sed quid (superi) Si  
qua nasci iura deberent atrox hinc adolescat iniuria, & qui legibus fa-  
cem preferre, & ex suo lumine lumen accendere iubentur iudices, insci-  
tia. Tenebris exoculati peregrinam lucem & quasi subsidiariam infer-  
re cogantur. καὶ μάλα γὰρ sed quo liberalium artium incommodo usus  
edocuit, nã & legitimæ authoritatis suæ immemores, & ad singula rerum  
ignoratione conuiuentes cuiusvis familiæ scripturientis conuenas in iu-  
dicijs exceperunt, & omnia repagula iuris & humanitatis infregerunt.  
Cum uero tam acerbam tamque insignite contumeliosam iniuriam nec  
fortes possent nec ingenui pati, qui archanis legalibus & ciuilibus adytis  
nobiles curas intulere, illius ergo Tragediam mouerunt rei me iudicæ in-  
sectatione dignissimam. Sed parum proficientibus probis in tanta impro-  
borum copia, & ubertate male sentientium hominum: de ciuilibus literis  
actum & conclamatum augurabantur literati omnes, ni ipse tu qui sese  
sis rebus cunctando accurris, actutum occurrisses uiolatis legibus refri-  
gerium illaturus, & obruptis captiuisq; iuribus felix futurus recreator. Id  
unū sane nos unice cuncti plena uotorum nuncupatione ate poscimus, ut  
memeriæ nostræ calamitatibus alioqui publicis & nefarijs bellis insigni-  
rem pace dignissimam impertias: & quod edicto quamlibet imperioso Iu-  
stinianus in posteros erogare non potuit, id tua maiestas nobis condo-  
net, & sanctionibus uberrimis confusum iuris studium in gradum repo-  
nat. His de causis. T. Gaij. & I. Pauli. libelli ad te ueniunt, ut si quid de le-  
gibus aut repu. bene sint meriti si quod posteritati beneficium tam sancti

labores intulerunt. Illos a deprauatis iuris bellaonibus liberans, incrementis lustralibus decuriatos, in latinam coloniam iterum remittas. Hoc si feceris (quod frangi homines exposcunt) inter mortuam iuris humani, Romani memoriam magno cum fanore restitues, & tanquam postliminio reuersam iterum ciuitate donabis. Confloresces & tu quottidie, & quantum edax rerum tempus operibus tuis detrahet, tantum afferet laudibus nec ulla unquam etas de nominis tui gloria conticescet. Nec me preterit intentatum haec opus, confragosam, lubricamque uiam esse, nec qua peregrinari cuius unius fas aut facile fuerit. Ardue praeterea fore molis ac magnum. Verum memineris tu quo difficilius, eo gloriosius semper existimatum. Et quoniam id omnium opinione magnum est. Ideo uiro undique quaque magno, & quo nil maius habet noster orbis dicatum est. Alioquin & quicquid erat id operis quod tibi deuoueo uideri poterat humiliter, quam ut tibi cederet in munus. Sed quoniam maxima non nisi maximis ingenijs committenda & examinanda sunt non temere creditum auguror, ut quod ad instaurandas leges & restituendum in integrum quod singulos beneficio suo restituit non alteri consecrandum esse quam summo tibi iuris principi ad quem tanquam ad aram legum & iuris asylum Gallie confugiunt. Quod si hac religione postulationem hanc nostram excipias qua pietate, iustitia, & aequitate reliquorum uota peractis, futurum speramus ut in demortui Papiniani unius locum Caius centum totidemque paulos Gallia deferat. Bene uale. Ex Angeria pridie octauo Calendas Apriles.

Elenchus Rubricarum Vtriusq; libri




E statu hominum.	fo. i.
De numero seruorum testamēto ma numittendorum.	fo. i.
De iure personarum.	fo. ij.
De matrimoniis	fo. ii.
De adoptionibus	fo. iiii.
Quibus modis filii exeunt de pote estate patris.	fo. iiii.
De tutelis	fo. iiii.
De curatione	fo. iiii.
De rebus	fo. v.
De testamentis	fo. vi.
De exheredatione liberorum	fo. vi.
De legatis	fo. vi.
De falcidia	fo. vii.
De fideicommissis.	folio. vii.
De intestatorum hereditatibus.	folio. viii.
De obligationibus.	folio. ix.
Quibus modis obligatio tollitur.	folio. xi.
De pactis & conuentis.	folio. xii.
De procuracionibus & cognitoribus.	fo. eodem
De negocijs gestis.	folio. xii.
De calumniatoribus	fo. xiii.
De reis institutis	folio. eodem
De integri restitutione.	folio eodem
De dolo.	folio. xiiii.
De minoribus viginti & quinque annorum.	fo. xiiii.
De plus petendo.	folio. xv.
De satisfando.	folio eodem
De iudicijs omnibus.	folio. xvi.
De iudicato.	folio. xvi.
De via publica	folio eodem
Si quadrupes damnum intulit	folio. xvii.


De finium regundorum	folio eodem
De seruitutibus	folio eodem
Familię heriscundę	folio eodem
Quemadmodum actione per inficiationem duplicentur.	folio. xvij.
De fideiussore & sponsore	folio eodem
De sepulchris & lugendis	folio eodem
De rebus creditis, & de iureiurando.	folio. xix.
De pecuniā constituta	folio eodem
De contractibus.	folio eodem
De commodato & deposito pignore fiduciaue. fo eod.	folio. xx.
De pignoribus.	folio. xx.
De exercitoribus & institoribus.	folio eodem
Ad legem Rhodiam	folio eodem
De institoribus.	folio. xxi.
De in rem verso	folio eodem
De senatusconsulto macedoniano.	folio eodem
Ad senatusconsultum veleianum	folio eodem
De deposito	folio. xxii.
De lege commissaria	folio eodem
De vfuris	folio. xxiii.
Pro socio	folio. xxiiii.
Exempto & ven dito	folio eodem
De modo	folio eodem
De locato & conducto	folio. xxv.
De nuptijs	folio eodem
De concubi nis	folio eodem
De dotibus	folio. xxvi.
De pactis inter virum & vxorem	folio eodem
De donationibus inter virum & vxorem.	folio eodem
De liberis agnoscendis	folio eodem
Quemadmodum filij sui iuris efficiuntur.	fo. xxvij.
De adulter ijs	folio eodem
De excusationibus tutorum	folio eodem



De potioribus nominandis	folio. xxviii
Qui potior nominari non possit.	folio eodem
Ad rationem diui seueri	folio eodem
De furtis	folio eodem
De operis libertorum	folio. xxx.
De carboniano edicto	folio eodem
De bonis liberti	folio eodem
De lege fabiana	folio eodem
De testamentis	folio eodem
De eo cui moribus interdicitur	folio xxxi.
Ad senatusconsultum fileyanum	folio. xxxiii
De legatis	folio. xxxiiii.
De usufructu	folio. xxxv.
De mortis causa donationibus	folio. xxxix.
Ad legem falcidiam	folio eodem
De fidei commissis	folio eodem
De senatusconsulto trebelliano	folio. xli.
De senatusconsulto pegaliano	folio eodem
De repudienda hereditate	folio. xlii.
De inofficiosi quærela	folio eodem
De vicesima	folio. xliii.
De lege cornelia	folio eodem
De intestatorum successione	folio. xliiii.
Ad senatusconsultum tertulianum	folio. lxv.
De gradibus	folio eodem
De manumissionibus	folio. xlvi
De fideicommissi libertatibus	folio. xlvii
Ad legem fusiam caninam	folio eodem
De liberali causa	folio. xlviii.
De usucapione	folio eodem
De his qui turbam faciunt	folio. xlix
De iniurijs	folio. l.
De effectu sententiarum	folio. li.
De interdictis	folio. lii.

De interdicto vnde vi	folio eodem
De obligationibus	folio. liiii.
De donationibus.	folio eodem
De stipulationibus	folio eodem
De contrahenda autoritate	folio. lv.
De donationibus	folio eodem
De iure fisci & populi	folio. lvi.
De fisci aduocato	folio eodem
De delatoribus	folio. lvii.
De quaestionibus habendis	folio eodem
De testibus	folio eodem
De seruorum quaestionibus	folio. lviii.
De absolutionibus	folio. lix
De abactoribus	folio eodem
De sacrilegis	folio eodem
De incendiariis	folio eodem
De vaticinatoribus & mathematicis	folio eodem
De seditiosis	folio eodem
Ad legem corneliam de sicarijs & veneficijs.	folio. lx.
Ad legem corneliam testamentariam	folio eodem
Ad legem pompeiam de parricidijs	folio. lxi.
Ad legem iuliam de vi publica & priuata.	folio eodem
Ad legem iuliam peculatus	folio. lxii
Ad legem iuliam repetundarum	folio eodem
Ad legem iuliam maiestatis	folio eodem
Ad legem ambitus	folio eodem
De poenis militum	folio. lxiii.
Quando appellandum sit.	folio eodem
De cautionibus & poenis appellationum.	folio eodem
De literis dimissorijs	folio eodem
De reddendis causis appellationum.	folio lxiiii
Quid obseruandum post prouocationem.	folio eodem
De meritis appellationibus	folio eodem
Elenchorum vtriusque libri finis.	






TITI GAIJ INSTITVTIO  
NUM, LIBER PRIMVS.

MNES homines, aut liberos esse, aut seruos. Sed ex ijs ipsis qui liberi sunt, alios esse ingenuos, alios libertinos. Ingenuos, qui ingenui nati sunt. Libertinos, qui iusta seruitute manumissi liberi fiunt. Ingenuorum omnium vnus status est. Libertinorum vero ideo non vnus, quia tria sunt genera libertatū. Quia liberi, aut ciues Romani sunt, qui latini, qui dediticij bre-

uiter explanatum est. Ciues Romani sunt, qui ijs tribus modis, id est testamento, aut in ecclesia, aut ante consulem manumissi. Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut cōmuni adhibitione manumittuntur. Dediticij vero sunt, qui post admissa crimina supplicij subditi, & publice pro criminibus cēsi sunt, aut in quorum facie, vel corpore quęcunq; indicia, aut igne, aut ferro impressa sunt, & ita impressa sunt, vt deleri non possint. Hi si manumissi fuerint, dediticij appellantur. Sed inter hęc genera libertatum ideo ciues Romani mediocrem statum habent, quia & testamenta facere, et testamento quibuscunq; personis succedere possunt. Nam Latini & Dediticij, nec testamēta condere, nec sibi ex testamēto aliorum aliquid dimissum possunt vllatenus vēdicare. Tamen Latini certis rebus priuilegia ciuium Romanorum libertorum consequi possunt. Dediticij vero nulla ratione possunt ad ciuium Romanorum libertorum beneficium peruenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, si iterum ab ipsis aut testamento, aut in ecclesia, aut ante consulem manumittantur ciuium Ro. priuilegiū consequuntur. Non tamen omnes domini ser-



## Titl Gaij Institutionum,

uos suos manumittere possunt. Nam si aliqui multa debita habeant cuius substantiæ a creditoribus teneantur obnoxie, si in fraudem creditoris sui seruos suos manumittere voluerint, collata manumissio non valet. Aut si libertus cuius Romanus filios liberos non habuerit, & in fraudem patroni sui seruos suos manumittat, similiter data manumissio non valebit. Præterea minor quicumque viginti annorum dominus libertatem seruo dare non potest, nisi tantum minor manumissor, cui pater eius & mater a patrono donati sunt eosdem manumittat. Nam quilibet dominus id est quatuordecim annos aggressus testamentum facere potest, & heredem instituere, & legata reliquere, libertatē tamen seruis non potest in hac ætate conferre.

De numero seruorum testamento manumittendorum.

Titulus. I I.



Onstitutum est, quantum seruorum numerum testamento, de quanta familia liceat manumitti hoc ordine, vt si quis duos seruos habet, ambos manumittere possit. Qui vero tres, duos testamēto manumittat. Qui quatuor, similiter duos. Qui sex, tres. Qui octo quatuor. Qui decem, quinque. Qui vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sexdecim, decem & septem, similiter quinque. Qui decem & octo, sex. Et ab hoc numero vsque triginta tertiam partem manumittere liceat. Qui amplius quam triginta habuerit vsque ad centum, quartam de numero seruorum partem manumittere potest. Qui vero plures quam centum habuerit, quintam partem manumittere potest. Sed & hoc statutū est, vt de quolibet grandi familia, nulli amplius

quam centum testamēto manumittere liceat. Nam qui vo-  
luerit, aut in ecclesia, aut ante consulem, aut inter amicos,  
aut per epistolam manumittere, potest his manumissio-  
nibus omnem familiam iugo seruitutis absoluere. Nam si  
aliquis testamento plures manumittere voluerit, quam  
quot continet numerus super adscriptus, ordo seruandus  
est, vt illis tantum libertas valeat, qui prius manumissi  
sunt, vsque ad illum numerum quem explanatio continet  
superius comprehensa. Qui vero post constitutum nume-  
rum manumissi leguntur, in seruitute eos certum est per-  
manere. Quod si nominatim serui vel ancillæ in testamen-  
to non manumittuntur, sed confusæ omnes seruos suos,  
vel ancillas is qui testamentum facit liberos facere volue-  
rit, nulli penitus firma esse iubetur hoc ordine data liber-  
tas, sed omnes in seruili conditione qui hoc ordine manu-  
missi sunt permanebunt. Nam & si ita in testamento seruo  
rū manumissio adscripta fuerit, id est in circulo, vt qui pri-  
mus, qui posterior nominatus sit non possit agnosci, nulli  
ex his libertatem valere manifestum est, si agnosci non po-  
test, qui primus, qui posterior fuerit manumissus. Nā si ali-  
quis in egritudine constitutus in fraudem huius legis fa-  
cere voluerit testamentum epistolis, aut quibuscunq; alijs  
rebus seruis suis pluribus quam per testamentum, licet cō-  
ferre voluerit libertates, vt sub tempore mortis hoc fuerit,  
hi qui prius manumissi fuerint vsque ad numerum superi-  
us cōstitutum, liberi erunt. Qui vero post tantum nume-  
rum manumissi fuerint, serui sine dubio permanebunt.  
Nam incolumis quoscunq; diuerso tempore manumisit  
inter eos qui per testamētum manumissi sunt nullatenus  
computentur.

## Titi Gaij Institutionum



Liquæ personæ sui iuris sunt, aliæ quæ alieno iuri subiectæ sunt. Itaque cum ostēditur quæ personæ alieno iuri subiectæ sunt, tunc euidenter agnoscitur, quæ sui iuris sint. In potestate itaque dominorum sunt serui, quam potestatem omnes gentes habere certum est. Sed distringēdi in seruos dominis pro sua potestate permittitur. Occidendi tamen licentiā seruos suos domini non habebunt, nisi forte seruus dum pro culpæ modo ceditur, casu moriatur. Nam si seruus dignum morte crimen admiserit, ihs iudicibus quibus publici officij potestas commissa est tradendus est vt pro suo crimine puniatur. In potestate etiam patrum sunt filij ex legitimo matrimonio procreati.

De Matrimonijs

Titulus. IIII.



Legitimæ sunt nuptiæ si romanus romanam nuptijs interuenientibus, vel consensu ducat vxorem. Sed nō omnes personas vxores ducere licet, quia nec patri filiam, nec filio matrem, nec auo neptem, nec nepoti auia. Quod non solum de personis quæ nobis propinquitate cōiunctæ sunt, sed etiam vel adoptiuis, hoc est adfiliatis iustum est obseruari. Nam si per emancipationem a nodis soluantur, nuptias tamen inter has personas semper constat illicitas. Inter fratrem quoque & sororem, siue eodem patre ac matre nati fuerint, siue diuersis matribus aut patribus, matrimonia esse nō possunt. Inter adoptiuos etiam fratres illicita sunt coniugia, nisi forte adoptio emancipatione fuerit dissoluta. Nam si emancipatio interuenerit, nuptiæ inter huiusmodi fratres licite cōtrahuntur. Fratris quoque & sororis filiam vxorem accipere non licet. Genero quoque socrum suam, nec socero nurū,



vxorem accipere licet, nec vitrico priuignam, nec priuigno nouercam. Fratres etiam amitinos, vel cōsobrinos, in matrimonium iungi nulla ratione permittitur. Sed nec viro vni duas sorores habere, nec vni mulieri duobus fratribus iungi permittitur. Quia si quis incestus vel nepharias, id est, quæ sunt superius comprehensæ, nuptias inierit, nec vxorem habere videtur, nec filios. Nam ij qui ex huiusmodi conceptione nati fuerint, licet matrem habere videantur, patrem vero nullatenus habere censentur, & tanq̄ si de adulterio concepti fuerint computantur, qui spurij appellantur, hoc est sine patre filij. Regula iuris hoc cōtinet, vt qui legitime concipiuntur, tempore conceptionis statum sumant. Qui vero non de legitimo matrimonio concipiuntur, statum sumunt eo tempore quo nascuntur. Ac proinde de legitima coniunctione conceptus, etiam si mater eius statum mutet, id est si ancilla fiat, ille qui legitime cōceptus est, ingenuus nascitur. Nam qui non legitime matrimonio cōcipitur, si mater eius ex ancilla dum pregnans & libera facta fuerit, seruus nascitur, quia non legitime, sed vulgo cōceptus est.

De adoptionibus.

Titulus. v.



**A**doptio naturæ similitudo est, vt aliquis filium habere possit, quem non generauerit. Et ipsa adoptio duobus modis fit. vna quæ adrogatio dicitur, alia quæ adoptio. Adrogatio est quando aliquis patrem nō habens adoptatur, & ipse se in potestatem adoptiui patris dat. Et ideo adrogatio dicitur, quia & ille qui adoptat interrogatur, vt rum illum quem adoptat, filium habere velit. Et ille qui adoptatur, interrogatur vt rum id fieri velit. Illa vero alia adoptio est, vbi quis patrem habens ab alio patre adoptatur, & ita ille qui adoptatur de certi patris potestate discedit, & in adoptiui patris esse incipit potestate. Nam & se

## Titi Gaii Institutionum

minæ adoptari possunt, vt loco filiarum adoptatis patribus habeantur. Familiæ vero adoptari non possunt, quia nec filios a se natos in potestate habent. Spadones autem qui generare non possunt, adoptare possunt. Et licet filios generare nō possunt, quos adoptauerunt, filios habere possunt. Si quis vero filios habens se dederit adoptādum, nō solum ipse in patris adoptiui potestatem redigitur, sed & filii eius. Si tamen auum paternum, non habuerint, in adoptiui patris transeunt potestatem tanq̄ nepotes.

Quibus modis filii exeunt de potestate patris.

Titulus. VI.



**F**ilii qui in potestate patris sunt, mortuo patre, sui iuris fiunt. Sed si hic filius qui morte sui patris sui iuris effectus est filios habeat, in eius post patris sui obitū erunt filii potestate. Nam si pater moriatur, & auus paternus uiuat, nepos ex filio sui iuris esse nō potest, quia in aui remanet potestate. Qui auo mortuo sui iuris efficitur. Item si moriatur pater, & relinquat filium emancipatū, & ex eodem filio emancipato nepotes, tunc nepotes liberi & sui iuris erunt, & in patris emancipati potestatem non veniunt. Item de potestate patris exeūt filii, si pater eorum in exilium missus fuerit. Quia non potest filium Ciuem Romanum in potestate habere homo peregrine conditionis effectus. Itē si filius uiuo patre in exiliū missus fuerit, in potestate patris ciuis Romani esse nō potest, quia similiter conditionem mutasse dignoscitur. Item si ab hostibus pater captus sit, in potestate quādiu apud hostes fuerit filios non habet. Sed si de captiuitate euaserit iure postliminiū omnem

sicut in aliis rebus ita & in filios recipit potestatem. Si vero pater qui ab hostibus captus est, in captiuitate moritur ab eo tpe quo ab hostibus captus est, filii sui iuris facti intelliguntur. Item per emancipationē filii sui iuris efficiuntur. Sed filius masculus tribus emancipationibus de potestate patris exit, & sui iuris efficitur. Emancipatio autē, hoc est manus traditio, quę dā similitudo venditionis est, qua in emancipationibus per illum hoc est certum patrem alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergo ipse naturalis pater filium suum fiduciario patri emancipat, hoc est manu tradit. A quo fiduciario patre naturalis pater vnum aut duos nummos quasi in similitudinem precii accipit, & iterum eum acceptis nummis fiduciario patri tradit, hoc secundo & tertio fit & tertio eum fiduciario patri emancipat, & tradit, & sic de potestate patris exit. Quę tamen emancipatio solet ante præsidem fieri, modo ante curiam faciēda est. vbi quinque testes ciues Romani in presentia erunt, & pro illo libripens appellatur, id est stateram tenens, & qui antestatus appellatur alios duos vt septem testium numerus impleatur. Tamen cum tertio emancipatus fuerit filius a patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, vt ei a fiduciario patre remancipetur, & a naturali patre manumittatur, vt si filius ille mortuus fuerit, ei in hereditate pater naturalis non fiduciarius succedat. Femine vel nepotes masculi ex filio, vna emancipatione de patris vel aui exeunt potestate, & sui iuris efficiuntur. Et hi ipsi quotlibet vna emancipatione de patris vel aui potestate exeunt, nisi a patre remancipati fuerint, & a naturali patre manumissi, succedere eis naturalis pater non potest, nisi fiduciarius a quo manumissi sunt. Nam si remancipatum eum naturalis pater vel auus manumiserit ipse eis in hereditate succedit. Quod si habeat quis filium & ex eo nepotē, & voluerit filium emancipare, & nepotes in sua potestate retinere in arbitrio

## Titi Gaij Institutionum

eius est. Aut si voluerit nepotes emancipare, & filiū in sua potestate retinere, hoc ei pro iuris ordine licere manifestū est. Quod nō solum de nepotibus, sed & de pronepotibus similiter facere potest.

### De Tutelis.

### Titulus. VII.



Tutores legitimi sunt, aut testamentarij. Legitimi sūt qui pupillorum per virilem sexum propinquitate iunguntur. Qui proximior fuerit de agnatis, ad ipsum legitima tutela pertinet. Quia is qui proximus fuerit ad tutelam, ipse proximus est ad hereditatem. Testamentarij sunt, quos patres aut aui paterni testamento suo tutores filijs, aut nepotibus delegauerint. Quod si nec testamentarius tutor fuerit, nec legitimus, tunc ex inquisitione iudicis, pupillis tutores dantur.

### De Curatione

### Titulus. VIII.



Eractis pupillaribus annis quibus tutores absoluuntur, ad curiales ratio minorum incipit pertinere. Subcuratore sunt minores aetate, maiores eueriores, insani. Hi qui minores sunt, vsque ad viginti & quinque annos completos sub curatore sunt. Qui vero eueriores aut insani sunt, omni tempore vitae suae sub curatore esse iubentur, quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.

### De Rebus.

### Titulus. IX



Aius superiore commentario de iure personarum aliqua disputauit, nouo in hoc cōmentario de rebus iterū tractat. Omnes itaq; res, aut nostri iuris sunt, aut diuini, aut publici. Nostri iuris sunt, quę in proprietate nostra esse noscuntur. Diuini iuris sunt, ecclesię id est templa dei, uel ea patrimonía ac

substantiã, quę ad ecclesiastica iura pertinent. Publici iuris sunt, muri, fora, portę, theatra, circus, harena, quę anti qui sancta appellauerunt, pro eo quod exinde tolli aliquid aut contingi non liceret. Sed hæc omnia in nullius bonis sunt, ideo publici iuris esse dicuntur. Sed & res hereditarię anteq̃ aliquis heres existat, id est quando dubitatur utrū scriptus aut legitimus heres succedere debeat in nullius bonis esse vidētur. Pręterea quędã res corporales sunt, quędam incorporales. Corporales sunt quę tangi possunt, uelut ager, mancipium, uestis, aurum argentum, & ijs similia. Incorporalia sunt quę tangi nō possunt, qualia sunt ea quę non in corpore, sed in iure consistunt, sicut est hereditas & obligationes de diuersis contractibus scriptę. Et licet diuersitas uel emptio, aut diuersi contractus res corporales in se habeant, ius tamē ipsius hereditatis uel emptionis aliorūq; contractuum incorporale est. Incorporalia etiam sunt iura prædiorum, urbanorum iura sunt stillicidia, fenestre, cocleę altius erigendi domos aut non erigendi, & luminum ut aliquis ita fabricet, & vicinę domui lumen non tollat. Prædiorum uero rusticorū iura sunt uie, uel iter per quod pecus, aut animalia debeant ambulare, uel ad aquam duci, & aquę ductus, quę similiter incorporalia sunt, & iura tam rusticorum prædiorum seruitutes appellatur. Item regulariter cōstitutum est ut superposita inferioribus cędant, ut si quis in solo nostro sine nostra permissione domum edificauerit ad eum cuius terra est domus edificata pertineat, uel si alius

## Titi Gañ Institutionum,

quis in agro nostro arbores, aut vineas, vel plantas quascunque posuerit, similiter superstitum solo cædit, vel si messem in campo seminauerit omnia hæc quæ in terram alienam iactantur, domino terræ acquirantur. Quod & de chartis aut pergamenis si alienus scribat licet aureis aut argenteis literis, similis eius est scriptura cuius charta aut pergamena fuerint. Quod & de tabellis hoc est si aliquis in tabelam vel picturam fecerit obseruatur, quia statutum est, vt tabule pictura cædat. Quod si quis ex uuis meis vinum, aut ex spicis frumentum, aut ex oliuis oleum fecerit, eius vinum, triticum, vel oleum est cuius spice aut uue aut oliuæ, fuerint. Si quis etiam ex tabulis alienis nauem aut armarium, aut quodcunque ad vsum pertinens fecerit, simili ratione eius erunt quæ facta fuerint, de cuius ligno facta probantur. Similiter etiam si ex lana vel ex lino alieno vestimentum fecerit, eius erunt vestimenta cuius lana aut linnũ fuisse probabitur. Sed ijs omnibus superius comprehensis quicumque in terra aliena aliquid posuerit aut edificauerit, aut hæc quæ dicta sunt aliquis fecerit illis qui aliena præsumpserint, hoc competit vt in expensas vel impendia quæ in ijs fecerunt a dominis qui rem factam vendicant recipere possint. Adquiretur autem nobis nõ solum per nosmet ipsos, sed & per eos, qui in potestate nostra sunt, sicut filij vel serui, quia quicquid his a qualibet persona donatum vel venditum fuerit instituto id patribus & dominis sine aliqua dubitatione cõquiritur præter eos filios quibus per leges in castrense peculium habere permissum est. Hi vero serui qui in v su fructu nostro & in proprietate alterius sunt hoc tantũ v su fructuario acquirere possunt, quod opere aut manibus suis fecerint, aut de mercedibus operis sui acceperint. Nam si eis aut hereditas aut legatum dimittatur, aut donationis aliquid conferatur, hæc proprietario domino non v su fructuario acquiritur.

De testamentis.

Titulus. X.



Er vniuersitatē hoc est omnia semel bona adquirimus hereditate, emptio ne, adoptione, quia is quem adoptaueramus si sine patre est cū omnibus suis ad nos transit. Id quoq; institutū est quod non omnibus liceat facere testamentum, sicut sunt ij qui sui iuris non sunt, & alieno iuri subiecti sunt, hoc est filij tam ex nobis nati, quā adoptiui. Item testamenta facere non possunt impuberes, id est minores quatuordecim annorum, aut puellae duodecim. Item & qui furiosi, id est mente insani fuerint, non possunt facere testamēta. Sed hi qui insani sunt per interualla, quibus sani sunt, possunt facere testamenta.

## De exhereditione filiorum.

## Titulus. XI.



S qui filios in potestate habet, curam gerere debet, vt testamentum faciens masculinum filium, aut nominatim heredem instituat, aut nominatim exheredet. Nā si masculinum filium testamento preterierit, non valet testamentum. Si vero filiam preterierit, non rumpet testamentū filia pretermissa, sed inter fratres suos legitima frāte testamēto, filia medietatē hereditatis adquiret. Nā si factō testamento in q̄ masculinus filius p̄termisus est euenerit, vt viuēte adhuc patre filius q̄ p̄termisus est moriatur, sic q̄q; quilibet filius ille mortuus fuerit testm̄ q̄d factū est nō valebit. Posthumorū duo ḡna sūt. Quia posthumi appellātur hi qui post mortē patris de vxore nati fuerint, & illi q̄ post testamentū factū nascūtur. Et ideo nisi is qui testamentū facit in ipso testamēto cōprehēderit, q̄cūq; filius aut filia ibi natus nataue fuerit heres mihi sit, aut certe dicat exheres fit, valere nō potest eius testamētū. O uia sicut supius iā dictū est legitime cōcepti p̄natis hñtur, nisi q̄d melior cōditio est po

## Titi Gañ Institutionum

si hunc q̄ natę quia nata si pretermiffa fuerit nō rūpet testa-  
mentū Posthumavero sicut & masculus testamentū rūpet.  
Si quis post factum testamentum adoptauerit apud filiū  
pupillum illum qui sui iuris est, hoc est qui patrem non ha-  
bet, aut habet preterorem illum adoptauerit, qui in potestate  
patris est, quasi ei filius natus sit, ita eius rumpet testamen-  
tum, posteriore quoque testamento quod iure factum est  
id quod ante iure factum fuerat rumpitur. Quod si facto  
posteriore testamēto hæres scriptus aut ante aditionem he-  
reditatis moriatur, aut viuo testatore defecerit, aut conditio  
possibilis sub qua hæres institutus est impleta non fue-  
rit, is qui testamētum fecit intestatus mori videatur. Quia  
testamentum quod prius fecerat testamento posteriore re-  
scissum est. & de quo posterius factum est his rebus quas  
diximus infirmatur. Alio quoque modo testamenta iure  
facta infirmantur. Si aliquis post factum testamentum capi-  
te minuatur, id est ab hostibus capiatur aut pro crimine in  
exilio deputetur. Similiter & is qui adoptiuus fuerit, testa-  
mentum quod antequam adoptaretur fecerat nō valebit.  
Hæredes autem sui sunt, aut necessarij sunt, aut extranei.  
sui hæredes appellantur filij ac nepotes ex filijs masculis,  
quos in potestate auus vel pater habet. Necessarij sunt hæ-  
redes serui qui cum libertate hæredes instituuntur neces-  
sarij. Ideo quia velint nolint, necesse est eis hæredes esse.  
Nam si creditoribus tenentur obnoxij, & putant se non tã-  
tum in substantia quantum in debitis relinquere, ipsi ser-  
uos suos manumittunt, & hæredes necessario faciūt, vt quo  
magis hæres quam dominus infamiam incurrat, cum res  
eius id est hereditas domini pro debitis venditur, & credi-  
toribus datur, Extranei sunt qui nullo propinquitatis gra-  
du testatorum iunguntur sed eos quicumque pro arbitrio  
suo scribit hæredes.

De legatis.

Titulus, XII.





Egatorum genera sunt quatuor, vindicationis, damnationis, fidei modo & preceptionis vindicationis legatum est, si testator sic locutus fuerit illum seruo tibi do aut lego, illam rem tibi presume, habe, vendica. Quod si post mortem testatoris statim legatarius non spectato herede sibi presumat, quam si presumpserit nec pro presumpso legato ab herede

possit calumniam sustinere, nec si aliena res fuerit que legata est, legatarius, hoc est id ab herede petere. Si autem per vindicationem res vna multis legata sit, & si singuli hanc ipsam rem presumere velint equales singuli de re legata capiant portiones. Per damnationem isto ordine legatum dimittitur, ut testator in testamento scribat. Tu heres meus illi hoc da, aut illud illi ab herede meo dari iubeo, in quo genere legati etiam alienae res per legatum dimitti possunt & necesse est heredi aut redimere eam rem quae iuris alieni est, aut legatario tradere, aut si is cuius res est vendere noluerit quantum res illa valebit legatario in precio compensare. Sed si testator alienam quasi suam credens per hoc genus legatum reliquerit legatarius hoc ab herede petere non potest, & inutile est legatum. Nam si sciens alienam esse per legatum dederit, necesse est ab herede aut ipsam rem aut estimationem rei in precio legatario dari. Caeterum in damnationis legatum & vindicationis hoc interest quod per vindicationem alienam relinquere non potest. Per damnationem eo pacto quo superius comprehensum est potest. Ille etiam res quae in rerum natura non sunt per damnationem in legato dimitti possunt, ut si ita testator in testamento scribat, fructus qui ex illo agro nati fuerint, aut id quod ex illa ancilla natum fuerit. Quod in legatum vindi

## Titi Gaii Institutionum

cationis fieri non potest, quia non potest hęc legatarius te-  
statore mortuo continuo vindicare. Est inter legatum vin-  
dicationis & dānationis ista similitudo, quę per legatum  
vindicationis siue dānationis sit cōiuncta, id est duobus aut  
pluribus vna res in legato dimissa fuerit, oībus in vtroque  
legato simul ab omnibus p̄sumatur. Inter legatū vindica-  
tionis & dānationis ista distantia est, vt si disiuctim, id est  
singulis quęcunq; res per legatū dānationis relicta fuerit,  
singulis integra debeatur, id est vt vnus rē ipsam accipiat,  
alius estimationē rei ipsius in precio ab hęrede percipiat.  
Sinendi modo hęc legati verba sunt. Ille hęres meus rem  
illam illū permittere, p̄sumere & eā habere. Nam & pro-  
priā rem testator & hęres sui, & alienā per sinendi lega-  
tū relinquere potest. In quo legato quo q̄modo nō quidē  
hęres legatario rem quę relicta iubetur tradere, sed vindica-  
cante legatario nō permittitur prohibere. Perceptionis ve-  
ro legatū oībus sicut vni ex hęredibus dari potest, vt ali-  
quid ei ex hereditate p̄cipuū relinquatur. Omnibus vna  
res tantū quę nominata est detur nō vni res & alię estima-  
tio sicut in legato dānationis est cōstitutū.

De falcidia.

Titulus. XI II.

**F**alce falcidia constitutū est, vt quicūq; hęres fue-  
rit institutus quartam partem totius hereditatis  
habeat. Quod si testator hereditatem suam le-  
gatis exinanierit, hoc statutum est, vt falcidiā  
sibi imminutione legatorum hęres retineat constante nihi-  
lominus testamento.

De fide commissis.

Titulus. XIII.

**P**otest aliquis recto iure hęredē instituire & ro-  
gare eū vt hereditatē suā aut omnē aut ex parte  
alię per fidei cōmissum reddat. Nam si hęredē  
directo iure nō instituerit, fidei cōmissarius nō  
potest ad aliū acceptam hereditatē transmittere. Sed in hac  
quoq; re id obseruandū est, quod de falcidia. Supra autē dicitur

Etū est vt hēres institutus etiā si omnē hēreditatē aliū restitūere scriptus sit, ita hēreditatē aliū restituat, vt quartam sibi ex ipsa hēreditate retineat. Et singulę quęcunq; res per fidei cōmissum dimittere possunt, hoc est aut fundus, aut domus, aut mancipium aut argentum. Et in ipso fidei commissario fidei cōmissum dimitti potest. Et a legatario licet legatum dimitti non possit, fidei cōmissum potest. Non solum autē proprię res a testatore per fidei cōmissum dimitti possunt, sed etiam ipsius hēredis, aut legatarij, aut cuiuslibet extranei. Et ne legatarius cui per testamentum parum dimissum est plus aliū per fidei commissum quam id quod consequitur reddere iubeatur, cum aliena res per fidei cōmissum est dimissa, aut redimere, aut fidei commissario dare, aut precium eius rei quantum estimata fuerit, fidei commissario numerare, sicut in damnationis legato fieri diximus. Libertates etiā seruis per fidei cōmissum dare possunt, vt hāres vel legatarius ea mancipia manumittāt, quę testator ab eis vt manumittant sperauit. Nec interest vtrū hoc testator de suis seruis, an de ipsius hēredis, vel de legatarijs, aut de alienis fieri iubeat. Quod si de alienis fecerit, Similiter cogetur hēres emere ipsum seruum & manumittere. Sed si illum dominus suus nolit vendere per fidei commissum datur libertas; quia in hac re hāres estimationem in precio dare non cogitur. Sed cum per fidei commissum libertas datur is qui manumissus fuerit non testatoris hēredis libertus est, quia inter fidei commissum & legata sunt quaedam distantia, fidei commissum ad eum cui aliquid dimissum est, hērede mortuo peruenire debet si talis fuerit conditio testamenti. Nam legatum ita reliqui nō potest. Item legatum per codicellum relictum non valet, nisi si codicelli testamento fuerint confirmati, fidei cōmissum vero etiam si codicelli testamento non fuerint confirmati, nihilominus debetur. Itē p legatariū legatū alteri reliq nō pōt, sed fidei cōmissū potest, Itē per codicellū nemo hāres

## Titi Gaij Institutionum

institui potest, quāuis testamēto confirmati sint. Sed is qui testamēto heres fuerit institutus potest per codicellum rogari vt hereditatem que ei data est alij eam totam vel partē restituat. Quod validum etiam si codicelli testamento non fuerint confirmati. Item p̄ fidei commiss̄, rogare eum possumus, vt cum moriatur alij eam hereditatem, vel totam, vel pro parte restituat. Et quia sicut superius dictum est, etiam post mortem heredis fidei cōmissum ei cui relictum est dari potest, quod hoc ad ordinem etiam vt testator scribat, illum hæredem instituo, & volo cum mortuus fuero ad illū hereditas mea pertineat. Præterea & in hoc alia fidei commissi si tardius quam scriptum sit solutę fuerit vsurę & fructus debentur. Legatorum vero vsurę non debentur, sed ex mora solutionis, si per damnationem relicta fuerint duplicantur.

### De intestatorum hereditatibus. Titulus. xv.



Ntestatorum hereditates primū ad suos heredes pertinet. Sui autem heredes appellantur, filius, filia, nepos, vel neptis, pronepos, proneptis ex nepote. Quia omnes per virilem sexum descendentes sui vocantur. Naturales sunt hæ persone ac adoptiue. Adoptiuorum comparatione legitimi naturales appellantur, sed ita nepos vel neptis ex filio auo, sui heredes sunt, si pater eorum de potestate patris aut morte, aut emancipatione discesserit. Nam si eum tempore quo aliquis moritur filium in potestate habeat, & ex eo nepotes illi qui viuo patre suo, & in potestate aut constituto heredes aui esse nō possunt. Similiter posthumi qui si viuo patre nati fuissent, in potestate eius futuri erant. Sui heredes sunt, si aliquādo aliquis moritur & reliquerit filium aut filiā, & ex alio filio mortuo nepotes neptes filii vel nepotes ex filio defuncto patri vel auo hac ratio

ne succedunt vt filius vel filia suas partes accipiant, & nepotes ex filio portionem quam pater eorum erat habiturus accipiant. Quia regulariter constitutum est vt inter suos proximos longiore gradu positum non excludat, & non in capita, sed in stirpē diuidatur hereditas. Item si quis moriens filium relinquat, sed ex duobus masculis filiis dimittat nepotes, hoc est ex vno filio vnum vel duos nepotes, ex altero tres vel quatuor, similiter sicut superius dictum est in stirpem non in capita hereditas diuiditur hoc modo, vt illi duo nepotes ex vno filio medietatem percipiāt, & illi quatuor ex alio filio aliam medietatem, hoc est vt tales accipiant portiones quales patres eorum ( si vixissent) habituri erant. Si defuerint sui heredes tunc hereditas defuncti ad agnatos pertinet. Agnati enim sunt per virilem sexum defuncti propinquitate coniuncti, id est consanguinei fratres, hoc est de vno patre nati. Neque hoc magni interesse potest si de diuersis matribus nascantur quā vno patre geniti sunt. Item patruus id est frater patris fratris sui filio agnatus est, ipso modo sūt fratres patruales hoc est qui de singulis germanis nati sunt, hoc ordine agnoscitur qui sunt agnati, sicut supra diximus per virilem sexum propinquitate coniuncti. Non tamen omnibus simul agnatis lex hereditatem propinqui intestati dat, sed his qui defuncto mortis suę tempore proximiores inueniuntur. In feminis vero alia conditio est, quia inter feminas sola tantum soror consanguinea habetur agnata, vt germano suo defuncto ab intestato ex agnatis iure succedat. Reliquæ femine hoc est amita id est patris soror, vel fratris filia, nec in capiendis hereditatibus propinquorum legitimæ sunt nec masculis propinquis agnationis iure succedunt, ipsarum vero hereditates ad masculos propinquos agnationis cōditione perueniunt. Regulariter constitutum est vt inter agnatos proximior posteriorē excludat, & inter eos nō in stirpē sed in capita ab intestato diuidat hereditas. Nā inter suos sicut su

## Titi Gaï Institutionum,

perius diximus alia ratio est, vt proximior posteriorem nō excludat, & semper hereditas in stirpem non in capita diuidatur. Nam si quis moriens amittat germanum, & ex altero germano filios germanos, frater quia gradu proximior est, solus succedit, fratris filij, non succedūt. Item si moriatur quis & de duobus germanis fratribus dimittat filios duos, & ex vno fratre dimiserit duos, & ex alio quatuor similiter masculos, omnes quidem fratrum filij patris suo ab intestato succedunt. Sed nō in stirpem, sed in capita, ita vt illi duo ex vno patre duas accipiāt portiones. Nam si sorores habuerint in patris hereditatem non veniunt, sicut nec sororis filij in auunculi hereditatem succedunt. Nam & regulare est vt cognati tunc intestatorum propinquorū hereditates capiant, quando aut sui aut agnati defuerint.

### De obligationibus;

### Titulus. XVI.



Obligatio in duas species diuiditur. Nam obligationes, aut ex contractu nascuntur, aut ex culpa. Quę ex contractu nascuntur quasi omnis generis sunt, quę singula hoc ordine distinguntur, aut enim re contrahitur obligatio, aut verbis, aut literis, aut ex consensu, re contrahitur quotiens aliqua cuiusque mutuo dantur quę in his contingunt, quę pondere, numero, mensura continentur. hoc est si pecunia numeretur vel frumentum detur, vinum aut oleum aut æs, aut ferrum, argentum, vel aurum, quę omnia numerando, aut pensando, aut mittendo ad hoc damus vt eorum fiant qui ea accipiunt, & ad nos statuto tempore non ipsę res, sed alię eius naturę quales datę sunt atque istius ponderis nūmeratę vel mensuratę reddantur. Propterea mutuū appellatū est quasi a me tibi ita datū est, vt ex meo tuū fieret. verbis cōtrahit. obligatio ex interrogatiōe datis &

respōsiōe accipiētis, ita vt ille qui dat interroget hoc mihi dabis, qui accipit respōdeat, dabo. Aut in obligatiōe debitoris, vt si aliqs fideiussor accedat ille q personā fideiussori tradit interroget ipsū, fide tua iussi. Et ille rñdeat, fide mea esse iubeo, hac conditiōe non solū ille qui debitor est, sed & is qui fideiussor existit obligatur. Et non solū fideiussor dum viuit, sed & heredes ipsius si ille defecerit tenētur obnoxij. Creditor autē qui pecuniam dedit in potestatem habet ad reddendā pecuniam quam velit tenere vtrum ipsū debitorem an fideiussorē, sed si debitorem tenere elegerit fideiussorem absoluit, Si vero fideiussorem tenuerit, debitorem absoluit. Quia vno electo quem idoneū debitor iudicauit, alterum absoluit. Sunt & alię obligatiōes quę nulla p̄cedente interrogatiōe cōtrahi possunt, id est vt mulier si sponso vxor futura dotem dicat. quod tam de mobilibus rebus quam de fundis fieri potest. Et non solum in hac obligatiōe his mulier obligatur, sed & pater eius & debitor ipsius mulieris si pecuniam quā ille debebat ipsi creditori ipse debitor in dotem dixerit. Hęc tantum tres personę nulla interrogatiōe p̄cedēte possunt dictione dotis legitime obligari. Alię vero personę si pro muliere dotem viro pmiserint cōmuni iure obligari debent, vt & ad interrogata respōdeat, & stipulata promittat. Et alio casu viro loquēte, & viro sine interrogatiōe alio promittēte cōtrahitur obligatiō, id est libertus patrono aut domū aut munus aut opera, se daturū esse iurauit. Exponendum est hic quid sit donū munus vel opera. Supradicti liberti nō tātū verborum solemnitate quam iurisiurandi religione retinentur, sed nulla hęc altera persona hoc ordine obligari potest. P̄terea inutilis promissio est, etiā si stipulatione interueniente facta sit, si id aliquid se daturum promiserit, quod sui iuris non est, hoc est si aut ingenuum hominem aut seruum se daturum promittat, aut si mortuum

## Titi Gaï Institutionum

aliquis quem viuum credebat promiserit, aut locum sacrū aut sanctum aut religiosum, sed quidcunq; promiserit. Preterea inutilis est promissio si aliquis illi sub tali conditione promittat, quæ conditio impleri pro rei difficultate nō possit. Preterea inutilis est & interrogatio & promissio si ita aliquis interroget debitorem. Post mortem meā vel tuam illud dare spondes, quod propterea inutile visum est, quia a persona heredis obligatio incipere nō potest. Et ideo nec hæredi creditoris sub hac sponcione obligatur debitor nec debitoris hæres creditori tenetur obnoxius. Itē inutilis est obligatio si dicat creditor pridie quam moriaris. Similiter & hæc stipulatio inutilis iudicatur, quia nō potest scire quādo sit pridie quam aliquis moriatur, nisi postq; mortuus fuerit. Item si pure interroget creditor & debitor sub cōditione promittat, vel si creditor decem solidos debitorem interroget, & debitor quinque promittat hoc ordine integrū debitum vacillare cognoscitur. Si aliquis nobis pecuniā debeat presumat debitorem nostrum compellere, vt pecuniā quam nobis redditurus erat, alteri se caueat redditurum. Neque potest ei cui pro nostro debito cauet de cauto & non de numerato, sicut fieri solet aliquid disputationis asserere, cum id quod a nobis accepit alteri cauerit redditurū. Literis obligatio fit aut re in personā, aut a persona in personam, vt sicut mihi alter debet alteri personæ de legem vt reddere debeat. Consensu fiunt obligationes exemptionibus & venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, & mandatis, quia in huiusmodi rebus consensus magis q̄ scriptura aliqua aut solēnitas queritur. In quibus rebus etiam inter absentes obligatio contrahi potest, quod in alijs rebus fieri nō potest. Emptio igitur & venditio contrahitur cum de precio inter emptorem & venditorem fuerit definitum, etiam si precium non fuerit numeratum, nec pars precij aucta data fuerit locatio, conductio simili ratione consistunt, & consensu etiam verborum definitio inter



consentiētes firma permaneat. Societatem inire possumus aut omnium bonorum, aut vnus alicuius negotiationis. Et potest ita iniri societas si tamē hoc inter socios, vt vnus pecuniam det alter opera sua pro pecunia ponat. Et huius rei definitio ita verbo inita valet, ita vt quicquid societatis tempore quolibet modo fuerit acquisitum socijs commune sit. Permanet autem inita societas q̄diu in ipso consensu socij perseverant, quia sicut consensu contrahitur etiam dissensu dissoluitur. Dissoluitur ergo societas aut morte vnus socij, aut contrarij a voluntate, aut capitjs diminutione, id est si vnus e socijs sicut frequenter supra diximus capite fuerit diminutus. Similiter verbo emendari potest, & cū verbis mandatum fuerit obligatio contrahitur. Possumus enim aut nostra negocia, aut aliena cuicunq; agenda mandare, dum modo honestum aliquid agi mandemus. Nam si contra bonos mores aliquid mandare voluerimus, hoc est si cuiquam mandemus alicui furtum faciat, aut homicidium, aut adulterium admittat, in his rebus mandati obligatio non contrahitur. Soluitur mandatum morte eius cui mandatum est, aut contraria illius voluntate qui mādauit, sed is cui mandatur mandati formam egredi non potest, aut si egressus fuerit & mandatorum tenetur obnoxius & quod extra mandatum egit, non preiudicat mandatori.

Quibus modis obligatio tollitur.

Titulus .XVII.



Tollitur obligatio soluto debito. Preterea aliquotiens tollitur obligatio, etiam si aliud quam cautū fuerat a debitore creditori reddatur. Nam si quisunque pro pecunia quam creditori cauit adquiescente creditore aurum, aut argentum, aut mancipia, aut alias quaslibet species, habita estimatione

## Titi Gaii Institutionum

consentiente creditore dederit obligatio euidentertollitur.  
Quod de obligationibus quæ ex contractu nascuntur diximus, superest vt de his obligationibus quæ ex delicto nascuntur simpliciter disputemus. Ex delicto nascuntur obligationes si aliquis furtum fecerit, vel bona aliena rapuerit, vel dānum alteri dederit, aut iniuriā fecerit. Quarum omnium rerum vno genere ex delicto nascitur obligatio. Furto r̄m autem genera sunt quatuor, manifesti, nec manifesti, cōcepti, & oblati. Manifestū furtū dicitur si quādo cuiuscūq; rem tollit in ipso furto deprehēditur. Nec manifestū appellatur furtum quod quālibet dū fieret inuentū nō est, tamē furtū factū fuisse probatur. Cōceptū furtū dicitur cū apud aliquē res furtiua inuenitur. Oblatū furtum dicitur, cū res furtiua alicui ita a fure datur, vt apud ipsum furem inueniri non possit. Præterea qui rem alienā inuito iure nesciente domino contingit vel tollit, aut de loco mouere præsumit furtum facit. Et si quis rem furatā acceperit, aut commēdam tam apud se habuerit, & eam aliter vsus fuerit quam accepit, furti actione tenetur. Præterea si quis inuentū alterius ad hoc accepit vt eum quinque milibus duceret, si decē milibus aut longius q̄ ab illo qui dedit fuerit cōstitutum adduxerit furti reus est. Et multa præterea quoruncūq; similia sunt secundum legem furti tenentur. Sed & si quis vt ferret opem aut cōsiliū aut studium cōmodauerit, velut si quis pecuniam quā in manu aliquis tenebat excusserit vt alij eam rapere possint, in idem iudicium incidit.

INCIPIT PRIMVS LIBER  
Iulij Pauli Sententiarum.

De pactis &amp; conuentis.

Titulus. I.



MNE pactum posteriore pacto  
dissoluitur licet pariat exceptionē

INTERPRETATIO.

Si de vna re inter duas personas  
duæ petitiones fiant posterior va-  
lebit. Neque contra leges, neq; cō-  
tra bonos mores pacifici possumus

IMPERATIO.

Si inter aliquos cōueniat vt de ad-  
mittendo crimine, vel inferenda  
violentiā, vel faciendo quodlibet

aut honestitudo prohibet, aut de rebus alienis, aut de bo-  
nis inuentis aliqui paciscantur, hæc pacta valere non possunt.  
Post rem iudicatam pactum nisi donationis causa in-  
terponatur seruari non potest. INTERPRETATIO.  
Post rem iudicatam pactio inter eos qui litigauerunt tunc  
obtinere firmitatem, si de summa quam iudicio constat addi-  
ctam ab eo qui vicit aliquid concedatur.

De procurationibus &amp; cognitoribus. Titulus. II.



MAndari potest procuratio presens presenti  
& nudis verbis, & per literas, & per nunciū  
& apud acta presidis & magistratus.

INTERPRETATIO.

Procuratori audientia ad omne negocium;  
aut ad partē negocij, aut ad res administrandas datur.

INTERPRETATIO.

Procurator eas tantū res agere potest, quas ei euidenter con-  
stituerint fuisse commissas.

IMPERATIO.

Omnes infames q̄ postulare phibentur cognitores fieri nō  
posse, & etiā volētib; aduersariis. INTERPRETATIO.

## Titi Gaj Institutionum

Infames sunt qui propter aliquam culpam notantur infamia. Et ideo tales personæ ad agendas causas, nec mandatum dare. nec suscipere ab altero possunt, etiam si hoc eorum aduersarii aquietant.

IMPERATIO.

Familia in rem suam cognitoriam operam suscipere non prohibetur.

INTEPRETATIO.

Familie licet procuracionem suscipere prohibeatur, tamen si domine procuratrices fiant pro re iam sua agere possunt.

In rem suam cognitor procurator vel ille fieri potest, qui omnibus postulat.

INTEPRETATIO.

Nec procurator in causa aliena, nec procurator & dominus ut pro re sua agat infamis personæ fieri potest,

IMPERATIO.

Actio iudicati non solum in dominum aut dominos, sed etiam hæredi & in hæredem datur.

INTEPRETATIO.

Actio de executione iudicatarum rerum non solum ipsi auctori qui egit competit, sed hæredi similiter datur. Nam & hæredes victi, ab hærede victoris absolutionem iudicati nihilominus retinentur.

### De negociis gestis.

### Titulus. III.



Vi negocia aliena gerit, & bonam fidem & exactam diligentiam rebus eius pro quo interuenit prestare debet.

Interpretatione non eget. Tutor post finitam tutelam si in administratione duret actio negociorum gestorū pupillo vel curatori eius tenebitur.

INTEPRETATIO.

Tutor si peracta tutela id est

impletis pupillaribus annis voluerit in ipsa administratione persistere de actis negocijs pupillo vel curatori eius non tutela, sed negociorum gestorum cogendus est reddere rationem.

IMPERATIO.

Si pecuniæ quis negocium gerat, vsuras quoque totius temporis prestare cogetur, & periculum eorum nominum quibus collocauit agnoscere. Si litis tempore soluendo non fuit, hoc enim in bone fidei iudicijs seruare conuenit.

INTERPRETATIO.

Qui pecuniam exercuit alienam, vsuras eius reformare cogendus est. Et si minus idoneis personis de hac ipsa pecunia fortasse crediderit, pro ipsorum personis que soluere non possunt, damnum ipse qui talibus personis credidit sustinebit.

IMPERATIO.

Mater filiorum suorum rebus interuenit actio negociorum gestorum, & ipsis & eorum tutoribus tenebitur.

INTERPRETATIO.

Mater que se in retinentis rebus filiorum miscuerit, tam ipsis quam tutoribus eorum negociorum gestorum cogetur reddere rationem.

IMPERATIO

Filius, filiaue seruus si negocium alicuius gerant, In patrem dominumve: peculio tenus actio dabitur.

INTERPRETATIO.

Si filius filia aut seruus sine iussu patris aut domini negocia gesserint aliena, & ex hoc inueniantur obnoxij tantum damni pater vel dominus sustinebit, quantum in eorum peculio potuerit inueniri. Si pater vel dominus seruo vel filio filiaue negocia aliena agenda commiserit in solidum tenebitur.

IMPERATIO.

Pater si emancipati filij res sine vlla expectatione a se donatas administrauit, filio actione negociorum gestorum tenebitur.


INTERPRETATIO.

Si pater ea que emancipato filio sine aliqua conditione donauerat administrare presumpsit, filio emancipato pro

his quæ in rebus gessit negociorum tenebitur actione.  
 Qui cum tutor, curatorve non esset, si pro tutore curato  
 reve res pupillis adultuve administravit, actione nego  
 ciorum gestorũ pro tutore, curatoreve tenebitur.

## De calumniatoribus

Titulus. v.



Alumniosus est qui sciens prudensq; ipse fraude negotiũ alicui coparat. Interpreta, non eget.  
 Et in priuatis & in publicis iudicijs omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur, qui aut apud cunctos iudices, aut apud priuatos iudices fuerit de calumnie obseruatione cõuictus, nõ expectata ordinis sententiã, prout causa fuerit supplicio subdetur. Interpreta, nõ eget.

## De reis institutis.

Titulus. vi.

**D**E his criminibus de quibus quis absolutus est ab eo qui accusauit, refragari accusatio nõ potest. Interpreta, nõ eget. Filius accusatoris si hoc crimẽ quod pater intendit post liberatũ reũ persequi velit ab accusatione remouẽdus est. Ista interpreta, nõ egent. Crimen in quo alius destitit, vel iustus recessit, alius obijcere nõ prohibetur. Ista interp. nõ eg.

## De integri restitutione.

Titulus. vii.

**I**ntegri restitutio est reditegrãde rei vel cause actio, integri restitutionẽ prætor tribuit ex his causis, quẽ p metũ, dolũ, & status pmutationẽ, & iustum errorẽ, & absentiaã necessariã, & infirmitatẽ ætatis

gesta esse dicuntur.

INTERPRETATIO.

Integri restitutio dicitur si quando res quelibet aut causa que perierat in priorē statū reparatur, vel id quod alicui sublatū est reformatur. Hoc enim quod per prætorē antea fiebat, modo per iudices ciuitatū agendū est, ita vt eorū causę, vel res in integrū reuocentur, qui aut per timorem potestatis alicuius cōpuli sunt, aut fraude vel errore decepti sunt, aut per captiuitatē, vel quācūq; iniustam necessitatē, substantiam suā, aut statū ingenuitatis perdidisse noscuntur. Aut si qui pro necessitate lōginque peregrinationis absentant vel ad restauranda ea que in damnis minorum gesta esse probantur, Integri restitutio plus quā semel nō est decernēda, Ideoq; causa cognita decernuntur.

INTERPRETATIO.

Vt integrum res vel causa redeat, non nisi semel a iudice potest cognita causa præstari. Si aliquis vt sedem latronum vel hostium vel populi liberaret aliquid mancipauit vel promisit, ad metum non pertinet, mercedē enim depulsi metus tribuit.

INTERPRETATIO.

Quicūq; aliquid vt se de hostibus vel seditione populi aut de latronum impetu liberaret causa mercedis vt euaeret aut promisit aut dedit hoc pro metu se dedisse non poterit allegare nec reuocare quod dederit

IMPERATIO.

Seruus per metū mancipatus quicquid q̄sierit vel stipulatus sit, ei acquiritur qui vim passus est.

INTERPRETATIO.

Si cum domino vis infertur seruū metu interueniēte dederit, & apud eum cui datus fuerit aliquid quolibet pacto adquisierit cum seruum ipsum dominus cuius est illa receperit ad eum omnia que seruus adquisierat pertinebunt, vis est maior rei impetus qui repelli non potest.

INTERPRETATIO.

Iulij Pauli Senten.

Qui quem in domo inclusit, vt sibi rem mancipare, aut promitteret, extorsisse mancipationem videtur.

INTERPRETATIO

Qui aliquem in domo clausum tenuerit, quascunq; ei scripturas extorserit non valebunt. Qui quem ferro inxit, vt sibi aliquid traderet, vel venderet, vim intulisse videtur. Ista interpretatio non eget. Qui in carcerem quē detrusit, vt aliquid ei extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est nullius est momenti. Ista interpretatio non eget.

De dolo.

Titulus, VIII.

**D**olus est cum aliud agitur, aliud simulatur. Interpretatio, non eget.

De minoribus viginti & quinque annorum.

Titulus, IX.



Inor viginti quinque annorum si aliquod flagitium admiserit quod publicam coheritionē expectet ob hoc in integro restitui nō potest.

INTERPRETATIO.

Minores etates si crimina grauiora commiserint per etatem se non poterunt excusare. Qui minori mandauit vt negocia sua agat, ex eius persona in integrum restitui non potest, nisi minor sua sponte negociis eius interuenerit.

INTERPRETATIO.

Si quis maior annis minori per mandatum negocia sua agenda commiserit, ex persona minoris in integri restitutionem agere non potest, nisi tantum minor sine mandato voluntarie se causis miscuerit alienis. Si maior effectus rem quam minor egit pacto vel silentio comproba-



bit aduersus hoc quoque in integrũ restitui frustra desiderat.

## INTERPRETATIO.

Si minor minori successerit non ex persona defuncti, Sed ex sua agere potest, hoc est si ille qui defunctus viginti trium annorum sit & succedens viginti, ex istius qui succedit cum vita functo tempore, coniungenda sũt tempora. Minor si in his quæ fideiussorẽ liberare sua fide promisit, vel spondit vel mandauit in integrũ restituendum reum principalem non liberat.

## INTERPRETATIO.

Si minor maiorem fidedicat, licet ipse teneri non possit, tamen quẽ fide dixit teneri potest. Qui sciens, prudensq; se pro minore obligauit, si id consulto consilio fecit, licet minori succurratur, ipsi tamen non succurritur.

## INTERPRETATIO.

Qui sciens minorem hoc argumentum pro eo fideiussor accessit, vt excusationem minoris ætatis fideiussione suam in posterum liberaret, minor quidẽ ætatis beneficio liberatur, sed ad soluendum debitum fideiussor qui hoc argumento vsus est retinetur. Minor aduersus emptorem in integrum restituit, precio restituto sũdum recipere potest. Fructus enim in cõpensationẽ vsurarũ penes emptorẽ remanere placuit.

## INTERPRETATIO.

Si minor prædium quod vendiderat per integrũ restitutionem reddito emptori precio receperat, fructus ab emptore perceptos recipere non potest, sed eos quanti fuerint in compensatione vsurarum iussum est imputari. Minor aduersus distractione eorum pignorum & fiduciarum quas pater obligauerit, si non ita vt oportuit hac reddita re distractę sint restitui in integrum potest.

## INTERPRETATIO.

Minor annis ea quæ pater eius opignorauerat, vel fiducia causa posuerat, si viliori precio quã oportebat a creditore distracta conuicerit, potest soluto debito ad reci-

piendā rem suā integri restitutionis auxiliū promereri.

De plus petendo, Imperatio.

Titulus, x



Autā dicim⁹ aut loco aut sūma aut tpe aut q̄litate, loco alibi, sūma plus tēpore repetendo ante tēpus. Qualitate eiusdē speciei rem meliorē postulātis. INTERPRETATIO. Causam perdit, quicūq; aut cōmodatum siue cōmendatum aliquid alibi, quā placuerit dari petierit. Aut plus quā datum est reddi poposcerit. Aut ante tempus quam reddibitio promissa est petierit reformari vel meliorem speciem quam dederat postulauerit.

De satisfdando.

Titulus, xi

**Q**uotiens hāreditas petitur, satisfdatio iure de sideratur. Et si satisfdatio non detur in petitorē hāreditas transferetur. Ista interpretatio non egent. Si petitor satisfdare noluerit penes possessorem, possessio remanet. In pari enim causa potior est possessor. INTERPRETATIO. Si quicūq; hēreditatem ex defuncti voluntate, aut testamenti conditione possideat quam alter sibi debitam esse contendit petitor iure postulat, vt ei a possessore satisfdatio detur. Quę omnia hēreditaria corpora salua futura esse promittat, vsq; in cognitionis euentum. Et si possessor ex hac re conuentus huiusmodi satisfdationem non prouiderit dato fideiussore ad eum hēreditaria corpora transferuntur. Si vero nec petitor satisfdatorem dederit, penes possessorem vsque aduentum iudicij posses

si remanebit, v usufructuarios & de vtēdo usufructu satisfidare, debet perinde vsurū, ac si ipse pater familias vteretur.

## INTERPRETATIO.

V usufructuarios pprietatis dominus satisfidatorē dare cōpelletur, sed usufructū suū nō aliter vsurū quā ipse pprietatis dominus vt ipse potuit diligenter.

## De iudicijs omnibus.

## Titulus, XII.

**H** I qui falsa rescriptione v si fuerint, lege Cornelia de falsis puniuntur.

## INTERPRETATIO.

Hi qui in causis suis falsa principum rescripta detulerint, vt falsari puniuntur. Qui falsum nesciens allegauit, falsaria pēna nō tenetur. Ista interpre. non eg. In caput domini patronive, nec seruus nec libertus interrogari potest. Ista interpretatiōe nō eget. Qui de se confessus est, in aliū torqueri nō potest, ne alienā salutē in dubiū deducat, qui sua desperauit. Ista interpretatione non eget.

## De iudicato.

## Titulus, XIII.



Vi exhibiturū se aliquo modo iudicio cauerat, mortuo eo pro quo cauerat periculo cautionis liberatur. Ista interpretatiōe nō eget. Filius familias iussu patris manumittere pōt, Matris non potest. Ista interpreta. non eget. In eum qui album raserit, corruerit, sustulerit, mutauerit, qdve aliud propositū edicēdi gratia turbauerit, extra ordinem puniatur.

## INTERPRETATIO.

In eū qui albū curiē raserit, vitiauerit, v p quodcūq; aliud scripturę genus sua p̄sumptione turbauerit, in eū capita liter non expectata, ordinis sententia vindicatur.

## INTERPRETATIO.

Iulij Pauli Sententia

Si id quod emptum est neque tradatur, neque mancipes-  
tur, venditor cogi potest, aut tradat, aut mancipet.

INTERPRETATIO.

Si eam rem quam aliquis accepto precio facta venditio-  
ne diftraxit eam tradere distulerit, ad traditionem rei  
quam vendidit omnimode compellendus est.

INTERPRETATIO.

Deteriorem se seruum facit qui fugam suaserit. Qui fur-  
tum & qui mores eius, corpus ne corruperit, qui ancillā  
alienam virginem immaturam corruperit, pēna aquilię  
tenebitur.

INTERPRETATIO.

Hæ duæ secundum legem Aquiliam similem pēnam ha-  
bent, vt cum is qui animo vel corpore corruperunt alia  
similia mancipia huiusmodi præsumptores exoluāt.

IMPERATIO.

In petitione hæreditatis ea veniunt quę defunctus mor-  
tis tempore reliquit, vt ea quę post mortem antea de ta-  
li hæreditate ex ea quesita sunt. Ista interpretatione nõ  
eget. Possessor hæreditatis præsentia earum rerū quas  
dolo alienauit, cum vsuris præstare cogendus est.

INTERPRETATIO.

Petitio hæreditatis ipsius petitione repelletur.

De via publica

Titulus. XI III.

**Q**ui viam publicam exarauit, ad munitionē eius  
solus compellatur. Ista interpretatio, non eget

Si quadrupes damnum  
intulit.

Titulus. XV.

**S**i quadrupes pauperiem fecerit dānum vel dederit quidve depasta sit, in dominū actio datur aut damni aestimationem subeat, aut quadrupedem tradat. Quod etiam lege per solonia de cane cauetur.

## INTERPRETATIO.

Si alienum animal cuiuscunq; damnum intulerit, aut alicuius fructus leserit dominus eius, aut aestimationem damni reddat, aut ipsum animal tradat. Quod etiam de cane similiter est, Quā si ligari pretor prohibet, & ideo siue ab ipso siue propter eum ab alio alteri damnum sit, pro modo admissi damni extra ordinem actio in dominum vel custodem datur, maxime si ex eo homo perierit.

## INTERPRETATIO.

Fera bestia in ea parte qua populi transeunt vel frequentant ligari vel custodiri phibetur, ne aut ipsa alicui noceat, aut errore eius quolibet casu aliquis ab altero fortasse ledatur. Quod si factum fuerit in dominum, si hoc precepit vel in custodem eius damni vel cuiuscunq; lationis actio non expectata, ordinis sententia reuertetur. Et qui irritatu suo feram bestiam, vel quancunq; aliam quadrupedem in se proritauerit, ea que damnum dederit, neque in eius dominum, neque in custodem actio datur.


## INTERPRETATIO.

Quicumque feram bestiam vel quancunq; quadrupedem prouocando quocunq; modo aduersum se incitauerit, nec domino, nec custodi eius poterit imputari, Quia suo vitio incurrisse dignoscitur.

## De finium regundorum

## Titulus. xvi.

**I**Neum qui per vim terminos adiecit, vel amouit, extra ordinem animaduertitur. Ista interpretatione non eget.





Iam, iter, actum, aque ductum, qui biennio usus non est amississe videtur, nec enim ea vsu capi possunt, que non vtendo amittuntur.

## INTERPRETATIO.

Via qua eundo ad rem nostram pergamus & actum, id est qua pecoramina reconseuimus, vel qui aque ductum biennio non vtendo si quid vsus non fuerit, perire ei certissimum est. Seruitus hauriende aque vel ducente biennio actio missa intercedit, & biennio vsurpata recipitur.

## INTERPRETATIO.

Vsus hauriende vel ducente aque si biennio destititur non vtendo perit. Et si iterum biennio in vsu fuerit reducta recipitur.



Arbiter familie herciscunde plusquam semel dari non potest. Et ideo de his que diuisa eo iudicio non sunt, communi diuidendo arbiter postulatus parietur.

## INTERPRETATIO.

Pro diuisione bonorum comunium si quando inter fratres intentio vertitur, diuidenda rei non plusquam semel arbiter deputatur, vt inter eos que sunt communia habita equitate distribuat. Quod si deputatus a iudice arbiter indiuisum aliquid dimiserit communi consensu postea qui sit diuisioni medius eligatur.

Quoadmodum actiones per inficiationem duplicentur.



Quædam actiones si a reo inficiuntur duplantur velut iudicati depensi legati per damnationem relicti damni iniuriarum legis Aquiliæ. Item de modo agri cum a venditore emptor deceptus est.

## INTERPRETATIO.

Aliqua quæcunque ab his quibus sunt debita repetuntur, si a debitoribus negata fuerint, dupli satisfactione redduntur, id est res iudicata legati per damnationem relicti, id est si quid hæres legati titulo dare iussus est, & petiitum negauerit, vel si damnum alicui per iniuriam factum quis coercere noluerit, vel de modo agri, cum a venditore emptor fuerit circumscriptus, ut minus inueniatur, quam probatur scriptum. Omnia superius comprehensa secundum legem Aquiliam duplicantur, ex his causis quæ inficiatione duplantur per pactum finire non possunt.

## De fideiussore &amp; sponse.

## Titulus. xx.



Inter fideiussorem ex edicto prætoris si soluendo sit sponsor licet singuli in solidum teneantur, obligatio diuiditur.

## INTERPRETATIO.

Cum multi fideiussoresexiterint, etiã si ad soluendum quæ promiserint probantur idonei & possunt omnes in solidum retineri, tamen restitutio debiti inter eos diuidenda est. ut vnusquisque id quod cum pro portione sua contigit exoluat.

## De sepulchris &amp; iugendis.

## Titulus. xxi.



**O** B incursum fluminis vel metum corpus iam perpetuæ sepulturæ traditum solemnibus redditis sacrificijs per noctem in alium locum transferri potest. Interpretatione non eget.

Corpus in ciuitatem inferri non licet ne funestentur & sacra ciuitatis. Et qui contra eas fecerit extra ordinem punitur. Ista interpretatione non eget.

Qui luget abstinere debet a conuiujs, ornamentis & alba veste. Ista interpretatione non eget.

Quidquid in funus erogatur inter æs alienum primo loco deducitur.

INTERPRETATIO.

Quidquid sepultura defuncti expensum fuerit priusquam aliis creditoribus, de mortui hæreditate credendum est.

Qui alienum mortuum sepelierit, si in funus eius aliquid impenderit, recipere id ab hærede vel a patre vel a domino potest. Ista interpretatione non eget,

Iulij Pauli receptarum sententiarum Liber primus expliciit.



I V L I I P A V L I S E N T E N T I A:  
rum, Liber Secundus Incipit,De rebus creditis & de iure  
iurando

Titulus. i.



**N** pecuniarijs causis si alter ex litiga-  
toribus iusiurandum deferat audiens  
dus est. hoc enim & compēdio litium  
& æquitatis ratione prouisum est. Cū  
de repetitione pecuniæ agitur & pba-  
tio debitæ pecunię nulla profertur. Iu-  
bet huius rei ambiguitatem sacramen-  
torum interpositione finiri. Deferre iusiurandum prior  
actor potest. Contrarium autem de calumniā iusiurans  
dum reo competit.

## I N T E R P R E T A T I O .

Licet prior petitor offerat sacramentum tamen cum nul-  
la probatione debiti est, qui calumniam se pati dicit, pos-  
test fidem suam iusiurandi religione firmare. Si reus cū  
iurare velit, actor illi necessitatem iusiurandi remisit,  
& hoc liquido appareat, actio in eum non datur.

## I N T E R P R E T A T I O .

Si quando pulsatus repetenti pecuniam obtulerit sacra-  
mentum etiam ei iusiurandi vltro concefferit, non pos-  
test postea debitum ab eo postulare, hæredi eius cū quo  
contractum est iusiurandum differri non potest, quoniā  
contractum ignorare potest.

## I N T E R P R E T A T I O .

Hæres eius cui pecuniā credita dicitur ad sacramentum  
vocari non potest, quia quæ egerit auctor suus ad inte-  
grum scire non potuit ei quæ de debito quocunque mo-  
do confessus docetur, ex ea re actio creditori non datur,  
sed ad solutionē compellitur. Ista interpretatione nõ  
eget.

De pecunia constituta.

Titulus. i. i.

Iulij Pauli Senten.



Id quod mihi Lucius debet soluturum te  
constituas, teneris actione pecunie consti  
tuta; INTERPRETATIO.

Si quis pro alterius debito se pecunia pro  
miserit redditurum ad solutionem statuta  
promissionis est retinendus.

De contractibus;

Titulus. III.



Stipulatio est verborum ad quem quis congrue  
interrogatus respondet, conceptio, velut spō  
des spōdeo, dabis, dabo, promittis, promitto,  
fidei tuę erit fidei meę erit. Et tam pure quam  
sub conditione cōcipi potest. INTERPRETATIO.  
Stipulatio est inter presentes hec verba sunt quibus se in  
uicem partes obligare possunt, vbi necesse est, vt inter  
rogatione petenti pulsatus ad interrogata respōdeat, ve  
lut si quis pro alio fideiussorem se dicat accedere qui eū  
se hac responsione obligauerit ad solutionē etiā sine scri  
ptura poterunt retineri.

De commodato & deposito pignore  
fiduciave,

Titulus. II II.



Vicquid in rem commodatam ob morbum  
vel aliam rationem impensum est, a domino  
recipi potest. INTERPRETATIO.  
Si factio incendio, ruina, naufragio, aut quo  
alio finali casu res commodata amissa sit, te  
nebitur eo minime, cui commodata est, nisi forte cum  
possit quis cōmodatam saluam facere suam. Ista in  
terpretatione non eget. IMPERATIO.

Seruus vel ancilla si pro operis locati sint & secus a latro  
nibus vel in bello vel in aliam causam commodati occisi  
sunt, actio commodati datur & custodiarum diligentia,  
rei cōmoditate prestanda est. INTERPRETATIO.

Si seruū vel equū, vel quęcunq; alia aliquis ab altero ad vsū tantū seruiēdi cōmodata suscepit, & eos ad pugnā vbi vitę periculum incurrant duxerint, redhibitiōe cōmodatę rei merito a domino retinentur. Si rem ęstimatā tibi dederō vt ea distracta preciū ad me deferres, ea quę perierit. Siquidē ego terogauī, meo periculo perit si tu de vendenda promisisti tuo periculo perit.

## INTERPRETATIO.

Si factō precio rem v ēdēdam aliquis cuiusq; tradiderit, & dum ab eo vendenda profertur, quacunque occasione perierit, ei perit qui eā dederat distrahēdam. Cęterum si rem acceptā nō rogante domino sed permittente, eo qui accepit dum velit venundare perdiderit, sibi rei perditę ingerit detrimentum.

## De pignoribus.

## Titulus. v.



Reditor si simpliciter sibi pignus depositū distrahere velit, ter āte de nunciari debitori suo debet, vt pignus luat, ne a se distrahatur.

## INTERPRETATIO.

Creditor si sine cōditione pignus sibi depositū tenens ter debitorem suū cōuenerit, vt soluto debito pignora sua recipiat, quod si debitor noluerit post tres admonitiones soluto debito pignora sua recipere creditor distrahendi pignoris habebit liberā facultatē, foetus vel partus eius rei quę pignoris data est, pignoris iure retinetur, nisi hoc iure cōtrahentes cōuenerit.

## INTERPRETATIO.

Si quis gregem æquarū, vaccarū, vel ouium accepta mutua pecunia pignus creditori dederit foetura earū rerum ad debitore nō ad creditore pertinet, ita est etsi ancillā dederit & partū dederit ad debitore pertinet nō ad creditore.

Iulij pauli Senten.

Compensatio debiti ex pari specie & causa dispari admittitur, velut si pecuniam tibi debeam, & tu mihi pecuniã debeas, aut frumentum aut cetera huiusmodi, licet ex diuerso cõtractu cõpẽsare vel deducere debuit si totũ petat lus petendo causa cadit. INTERPRETATIO.

Si quis debeat alicui solidos decẽ, & ille qui debet de qua cũque ratione debeatur illi a creditore suo solidos quinq; & veniat creditor & totos decem solidos a debitore petat, si probauerit ille creditor sibi ab eo quinque solidos deberi quare illum in solidum pro totis decem solidis cõuenit causam perdet qui noluit debitum compensare. Si milis ratio est, & de frumento & de alijs speciebus.

De exercitoribus & iñtoribus. Titulus. VI.

**F**ilius familias si voluntas patris nauem exerceat, patrem in solido ab ea quæ soluere ceperat obligat. Interpretatione non eget.

Ad Legem Rhodiam. Titulus. VII.

**L**euandæ nauis gratia iactus cũ mercium factus est omnium, in retributione faciatur, quod pro omnibus datum est. Ista interpretatione nõ eget. Naue vel arbore vi tempestatis admissa vectores ad contributionem retineantur, nisi ipsis arborem salutis causa ruentibus nauis saluasset. Interpretatio, non eget. Iactus nauis leuata si perierit extractis aliorum per vrinatores mercibus quoque eius a rei rationẽ haberi placuit qui mercis salua naue iactauit.

INTERPRETATIO.

Leuandæ nauis gratiã mercis in scapham transiectæ atq; adeo amissę in tributione earum quæ in nauis saluę sunt

refici conuenit. Naue autem perdita conseruata cum mercibus scaphæ ratio non habetur.

## INTERPRETATIO.

Collatio in tributionis obiectum salua naue fieri debet. Ista interpretatione non eget. Sicut com-  
moda sentimus ex actu propositi institoris, ita & in com-  
moda sentire debemus. Et ideo in eum qui seruum siue  
filium filiamve familias siue ancillam preposuit nego-  
cijs vel mercibus exercendis eorum nomine insolidū cō-  
uenitur.

De institoribus

Titulus. VII.



I quis pecuniæ fenerande, agroq; co-  
lendo condendis, vendendisque fru-  
gibus prepositus est ex eo nomine  
quod cum illo contractum est, inso-  
lidū fundi dominus obligatur. Nec  
interest seruus an liber sit.

## INTERPRETATIO.

Quicumque quālibet personam aut  
exercendo negotio, aut pro ratione culturæ, & condendis,  
vendentisque fructibus preposuisse cognoscitur, si  
quid damni per eius actum accesserit ad eum qui eum  
instituit pertinebit, siue seruus, siue liber sit. Quod si cū  
discipulis eorum qui officinis, tabernis presunt cōtractū  
est. In magistrōs vel institores tabernæ insolidū actio da-  
tur.

## INTERPRETATIO.

Si quid cum discipulis vel mercennarijs tabernariorū,  
vel cuiuslibet officinæ, actum fuerit ad magistrum offi-  
cinæ vel institorē tabernæ damnum quod accesserit per-  
tinebit.

De in rem verso.

Titulus. IX.

Iulij Pauli Sententia

**S**eruus vel filiusfamilias si acceptam pecuniã in rem patris vel domini verterit hoc modo agrum putat colendo domum, fulciendo mã cipia vestiendo, mercando, vel creditori soluendo, vel quid tale faciendo, de in rem verso in solidũ vel patrem obligat. Si tamen ob hanc causam pecunia data est.

INTERPRETATIO

Si seruus vel filiusfamilias mutuam pecuniã a quocũq; susceperit, & in utilitatibus patris vel domini necessariis que rebus eam expẽdisse probatur, pro hoc debito patrem vel dominum ad solutionem necesse est retineri.

De Senatusconsulto Macedoniano Titulus.x.

**Q**ui filio familias contra interdictum amplissimi ordinis pecuniã mutuã crediderit, post mortem patris ex eo q̄ viuo patre credidit, cũ eo agere non potest. INTERPRETATIO. Qui filio familias cõtra interdicta legum in scio patre pecuniã cõmodauit, eam nec viuẽte nec mortuo patre ab eodem poterit postulare.

Ad Senatusconsultum Velleianum. Titulus.xi.

**N**omni genere negotiorum & obligatione, tam pro viris q̄ pro foeminis, intercedere mulieres prohibentur.

INTERPRETATIO.

In omni genere causarũ pro quibuscunq; personis mulieres fidem suam interponere prohibentur. Mulier que pro tutoribus filiorum suorum indemnitatẽ promissit, ad beneficium senatusconsulti non pertinet.

INTERPRETATIO.

In hac tantum mulier fideiussione tenetur, vt si tutores filiis suis petat & pro eis fideiussor existat filiis teneatur obnoxia.

De deposito.

Titulus, XII.



**S**i saculum vel argentum signatum deposuero, & is penes quē depositum fuerat me inuito contrectauerit, & depositi & furti actio id eū cōpetit. Interpretatio. nō eget.

In iudicio depositi ex mora fructus veniunt, aut vsurę rei depositę postulētur. INTERPRETATIO

Cum iudicio de rebus agitur cōmendatis si mora in reddendo ab eo cui commendata sunt afferatur, pro vt res fuerit commendata, aut vsurę si pecunia aut fructus, si p̄dia fuerint debebuntur. In causa enim depositi cōpensationis locus non est, sed res ipsa reddenda est.

Ista interpretatione non eget.

Debitor distractis fiduciis a creditore, de superfluo aduersus eū habebit actionē. INTERPRETATIO: Si quis creditor debitore in soluendo tardante rem sibi pro debito positam distraxerit, si quid amplius acceptū fuerit quam debebatur, quod plus acceptum est restitui iussum est debitori, quicquid creditor rem per fiduciarium seruum quęsiuit sortem debiti minuit.

INTERPRETATIO.

Quicquid creditor per ob pignorum sibi pro debito seruum acquisierit de summa debiti retrahitur. Debitor creditori vendere fiduciam nō potest, sed aliis si velit vendere potest, ita vt ex precio cuiusdam pecuniam offerat creditori atque re mancipata sibi rem emptori p̄stat.

INTERPRETATIO.

Iulij Pauli Senten.

Creditor rem sibi obpignoratam a debitore emere non potest, sed debitor cum alia persona inire in contractum potest, aut accepta ab emptore pecunia debitum restituat creditori, & sic postea rem suam a debito liberam cui voluerit vendat. Si per suppositam personam creditor pignus suum inuito debitore comparauerit, emptio non videtur. Et ideo quandoque lui potest. Ex hoc enim causa pignoris vel fiducia finiri non potest.

INTERPRETATIO.

Creditor pignus quod a debitore accepit, nec per suppositam personam emere potest. Quod si factum fuerit agente debitore soluto debito emptio non valebit. Si inter creditorem & debitorem conuenerit ut fiduciam sibi vendere non liceat non solvente debitore creditor denunciare ei soleniter potest & distrahere. Nec enim in tali conuentione fiducia acceptio nosci potest.

INTERPRETATIO.

Si conueniat inter creditorem & debitorem ut pignus a creditore non vendatur non solvente debitore debitum creditor trinus, post trinam conuentio vendere potest.

De lege commissaria

Titulus. XIII.

**S**I creditor rem fiducia datam vni ex heredibus vel extraneo locauerit aduersus omnes actio fiducia competit.

INTERPRETATIO.

Si creditor rem quam a debitore in pignus acceperit vni ex heredibus vel extraneo legati titulo derelinquat debitor pro pignore suo oblato debito omnes heredes creditoris poterit conuenire. Si creditor rem fiduciarium fecerit meliorem ob eam recuperandam quod impedit iudicio, fiducia debitorem habebit obnoxium.

INTERPRETATIO.



Si quis creditor precium sibi fiducia obligatum studio & opere suo meliorauerit quicquid se p melioratiōe impēdisse probauerit ei a debitore reddendum est. Nouissimus creditor obligatam pecuniā quam possessio in eū transferatur dimittere potest. Sed & prior creditor secundum creditorem si voluerit dimittere non probabitur quāquam ipse in pignore potior sit.

## INTERPRETATIO.

Duo creditores vnū pignus debitoris habeant obligatū & posterior creditor priori creditori offerat pecuniam potest pignus obligatum ad se trāsferre. Item si prior creditor licet potior sit in pignore retinendo si offerat pecuniam potest apud se pignus retinere. Seruus si mutuam pecuniam tempore seruitutis acceperit, ex ea obligatione post manumissionem conueniri non potest. Interpretatio, non eget.

## De vsuris. Titulus. XIII.



Ipactum nudum de praestādis vsuris inpositum sit, nullius est momenti. Ex modo pacto in ciues Romanos actio non nascitur.

## INTERPRETATIO.

Pactum nudum dicitur si cautio creditori a debitore in qua centesima se soluturū

promisit sine stipulatiōe fiat. Et ideo vsuræ ex nuda cautione creditori penitus non debentur. Vsuræ supra centesimam solutæ sortem minuit & consumpta sorte repeti possunt.

## INTERPRETATIO.

In pecuniis creditoris cum solutio vsurarum sortē equauerit, si quid amplius creditori fuerit datū de capite debiti subtrahitur. si vero ei centesima & caput impletum est, quod amplius creditor accepit reddere cogetur debitori. Traiectitia pecunia propter periculum creditoris quamdiu nauigat infinitas vsuras recipere potest.

## Iulij Pauli Senten.

**INTERPRETATIO.** Traiectitia pecunia dicitur quæ nauis ad trāsmarina deferta deponitur quæ a maris periculo committitur. In quantas conuenerit vsuras hanc pecuniã dare creditor potest, vsuræ quæ centesimã excedunt per errorẽ solute repeti possunt. Interp. nõ eget. Si quis pignora debitoris citra auctoritatem iudicantis adduxerit, violentiẽ crimen admittit. Interpretatione non eget. Tutor in vsuras non conuenitur si pecuniam pupillarem ideo nõ collocauit quia idonea nomina non habebat cui pecunię collocetur. Cuius rei contestatio apud præsidem prouincię deponenda est. Ob subitam valitudinem, ob necessariã peregrinationẽ ob inimiciam, & inanis rei iactationem integram adhuc causam mandati negociũ renunciari potest.

### INTERPRETATIO.

Propter subitam infirmitatem & necessitatem peregrinationis vel propter inimicitias maioris personæ ne cuiuscumque videatur actio vacillare integra adhuc causa is qui susceperit susceptum negocium retinere potest. Si meis nummis mandato tuo aliquid tibi cõparauero, et si rem postea accipere nolis mandati actio mihi aduersus te cõpetit. Non enim tantum quod impensum est, sed vsuras eius consequi possum. Ista interpretatione nõ eget. Certo precio rem iussus distrahere si maiore vendiderit mandati iudicio precii summã poterit integrare, venditionem dissolui non placuit.

### INTERPRETATIO.

Si quis cuilibet mandet vt rem suam decem solidis vendat & ille eam octo vendidit precium quod ei mandatũ est quodquod munus ab emptore percepit mādatori cõplere cõpelletur venditio tamẽ rescindi non potest.

Pro socio.

Titulus. xv.



Icut lucrum ita damnum inter socios communi-  
catur, nisi quid culpa socij de fraude euersum sit.  
Interpretatione non eget.

Exempto & vendito.

Titulus. xvii.



Enditor si eius rei quam v̄didit do-  
minus non sit precio accepto aucto-  
ritatis manebit obnoxius aliter enī  
non potest obligari.

INTERPRETATIO.

Si quis rem alienā vendiderit & pre-  
ciū acceperit ad redhibitionē duple-  
pecunię manebit obnoxius. Si res

simpliciter traditæ euincantur tanto venditor emptori  
cōdemnandus est, quanto si stipulationē pro euictione  
cauisset.

INTERPRETATIO.

Si quicūq; rem simpliciter id est sine penę interpositiōe  
emptori tradiderit & de eadē emptor fuerit superatus,  
intantū ei venditor manebit obnoxius, vel vt si euictio-  
nis penā id est duplū redditurū preciū in v̄ditiōe pro-  
miserit, res empta mācipatione & traditione perfecta si  
euincatur auctoritatis v̄ditor duplo tenus obligatur,

De modo:

Titulus xviii.



Istracto fundo si quid de modo mentiatur  
in duplo eius quod mentitus est de modo  
id est de spacio iudicis estimatiōe facta cō-  
uenitur. Ista interpretatione nō eget.

Redhibitio vitiosi mancipii intra sex men-  
ses fieri potest prolatente vitio. Ista interpretatione  
non eget.

Si vnum seruum quis pluresve vendi-  
diderit, & de artificio eius, vel de peculio mentitus est, a-  
ctiōnē ex empto cōuentus quanto minus valuisset em-  
ptori prestare compelletur nisi p̄catus sit eum reddere.

INTERPRETATIO.

Iulij pauli Senten.

Si venditor cum mācipium distraheret de artificio eius vel de peculio pro caritate precii mentitus est, emptori in quantum sine peculio vel artificio valere potuerat, tāto reddere compellatur, aut certe mancipium venditum recipere reddito precio acquiescat. Ex die ēptiōis si pars precii munerata sit, ei fructus & opere eius, & foetus pecorum, & ancillarum partus ad emptorem pertinēt.

Ista interpretatione non eget. Fundum alienū mihi vēdidisti, postea is est meus ex causa lucratiua factus. Competit mihi aduersum te ad precium recuperandum actio ex empto. Si quis agrum alienum cuiusque vendiderit, & postea hic ipse ager ab alio domino cuius erat ēptori donatus sit, vēditor emptori in redhibitionē precii quod accepit māebit obnoxius. Post rem traditam nisi emptor precium statim exoluat, vsuras eius prestare cogendus est. Ista interpretatione non eget.

Mutus emere & vendere potest. Furiosus autem nec vēdere nec emere potest. INTERPRETATIO.

Seruus bona fide comparatus si ex vteri vicio fugerit, non tantum precium dominus, sed ea quę in fugam abstulit reddere cogetur. Ista interpretatione non eget. Cum probatio prioris fugę defecerit serui responsione credendum est. In se enim interrogari nō pro domino aut in dominum videtur. Interpreta, non eget.

In eo contractu qui ex bona fide descendit instrumentorum obligatio sine causa demonstratur, si quo modo voluntas de fide contractus possit ostendi.

INTERPRETATIO.

In contractibus empti & venditi qui bona fide iniunguntur venditionis instrumenta superflue requiruntur. si quocūque modo res vendita & accepto precio qualibet probatione possit agnosci, fundus eius esse videtur, cuius nomine comparatus est, non a quo pecunia numerata est, si tamen fundus comparatori sit traditus.

## INTERPRETATIO.

Si ager alterius nomine, & alterius pecunia fuerit comparatus, eius esse cognoscitur, cuius nomine comparatus est. si tamen ipsi comparatori agrum traditum fuisse constiterit, illi vero pecuniam quam dederunt a possessore recipiant, sicut multis aliis speciebus habeatur expositum. Electo reo principali fideiussor vel hæres eius liberatur, non enim in mandatoribus obseruatur.

## INTERPRETATIO.

Si quis contempto fideiussore debitorem suum tenere maluerit, fideiussor vel hæres eius a fideiussionis vinculo liberatur. Si vero procurator litis victus fuerit, mandator eius ad solutionem tenetur.

De locato &amp; conducto.

Titulus, XIX.



Homo liber qui statum suum in potestate habet, & peiorare eum, & meliorem facere potest. Atque ideo operas suas diurnas nocturnasque locant. Ista interpretatio ne non eget. Fundi deteriores facti & cultura non exercitati, & edificiorum non rectorum culpa arbitrio iudicis domino a conductore sarciri possunt.

De nuptiis

Titulus, XX.



Sponsalia tam inter puberes quam inter impubes contrahi possunt. Ista interpretatione non eget. Eorum qui in potestate patris sunt sine voluntate eius matrimonia iure non contrahuntur, sed contracta non soluuntur. Contemplatione enim publice utilitatis priuatorum commoda preferuntur.

## INTERPRETATIO.

Viuentibus patribus inter filios, filiasve sine voluntate patrum matrimonia non legitime copulantur, sed si coniuncta fuerint non soluantur, quia ad publicam vtilitatem antiquitas pertinere decreuit, ne pro creandorum liberorum causa coniunctio facta debeat separari. Inter seruos & liberos matrimonium contrahi non potest, contubernium potest. Interpretatione non eget. Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt sed contractum matrimonium furore non tollitur.

## INTERPERTATIO.

Si qui matrimonium sani contraxerint, & vni ex duobus amentia aut furor accesserit, ob hanc causam infirmitate coniugii ad aliud solui non possunt. Vir absens uxorem ducere potest, foemina absens nubere non potest.

## IMPERATIO.

Si vir in peregrinis aliqua fuerit occupatione detentus, absente eo constituta possunt nuptiae celebrari, ut ab amicis, vel a parentibus eius suscepta puella ad domum mariti ducatur. Nam sicut viro absente hoc ordine possunt nuptiae celebrari, ita foemina absente non possunt.

## INTERPERTATIO.

Libertum qui nuptias patroni uxoris, filiaeque patroni affectauerit pro dignitate personae metalli poena vel operis publici coherceri placuit. INTERPERTATIO. Libertus si ad coniunctionem patronae vel patroni filiae aspirare tentauerit, in metallum detrudatur.

## De concubinis Titulus. XXI.



Quo tempore quo quis uxorem habet, concubinam habere non potest. Concubinam igitur ab uxoribus sola delectatione separatur.

## INTERPERTATIO:

Qui uxorem habet eo tempore concubinam habere prohibetur, ne ab uxore eum dilectio separaret concubinam.

De dotibus Titulus. XXII.



Os aut antecedit, aut sequitur matrimonium & ideo vel ante nuptias, vel post nuptias dari potest. Sed ante nuptias data earum expectat aduentum.

INTERPRETATIO.

Dos dicitur quæ a patre sponsalium iure datur, quæ tamē potest ante nuptias, & post nuptias dari lege iulia de adulteriis cauetur, ne dotale prædium maritus inuicta vxore alienet.

Interpretatione non eget.

De pactis inter virum & vxorem.

Titulus. XXIII.



Fructus fundi dotalis constante matrimonio percepti lucro mariti cedunt etiam pro rata anni eius quo factum est diuortium. Fructus agri dotalis manente coniugio ad maritum pertinent sed & ipsius anni quo matrimonium diuortio separatur ad maritum pertinere certissimum est. Omnibus pactis stipulatio subiici debet vt ex stipulatu actio nasci possit.

Interpretatione non eget.

De donationibus inter virum & vxorem.

Titulus. XXIII.



Mortis causa donatio est, quæ impendēte mortis metu fit, vt valitudinis, peregrinationis nauigationis vel belli. Interpretatio, non eget. Manumissionis gratia inter virum & vxorem donatio fauore libertati recepta est, velut certe quod nemo ex hoc fiat locupletior. Ideoque seruum manumittendi causa inuicem sibi donare non prohibentur.

INTERPRETATIO.

In coniugio hæc sola donatio hæc lege permittitur vt m̄a  
cipia sibi inuicem quæ manumittant, non quæ habeant  
donare possunt.

## INTERPRETATIO.

Inter virum & vxorem, nec per interpositam personam  
donatio fieri potest.

inter virum & vxorem contemplatione donationis ima  
ginary venditio contrahi non potest.

## INTERPRETATIO.

Superfite eo qui matrimonij tempore donauerat ante  
decedente cui fuerat donatum id quod donatum est pes  
nes donatorem remanet.

## INTERPRETATIO.

Si manente coniugio vir vxori vel vxor marito aliquid  
donauerit, si is cui donatū est prior mortuus fuerit apud  
donatorem ea quæ donata fuerant remanebunt. Quo  
cunque tempore contemplatione mortis inter virum &  
vxorem donatio facta est, morte secuta conualescet.

## INTERPRETATIO.

Si inter maritum & vxorem matrimonij tempore mor  
tis causa fuerit facta donatio morte vnus conualescet.  
Nam in donationibus quæ mortis causa fiunt hæc ver  
borum solemnitas custoditur. Illum agrum & illam do  
mum te mallo habere quam me, te quam hæredes meos.

De liberis agnoscendis:

Titulus, x x v.



Si serua conceperit & postea manu  
missa pepererit, liberum parit. Id enī  
fauor libertatis exposcit.

## INTERPRETATIO.

Si libera conceperit, & ancilla facta  
pepererit liberum parit. Id enim fa  
uor libertatis exposcit. Interpre  
tatione non eget, Si ancilla con  
ceperit & peperit medio t̄pe manumissa sit, rursus facta



ancilla conceperit liberum parit. Media enim tempora libertati prodesse, non enim nocere possunt. Interpretatione non eget. Ex ea muliere natus quæ ex causa fidei commissi manumitti debuit, si mora libertati facta nascatur ingenuus nascitur.

INTERPRETATIO.

Si ea mulier quæ per fideicommissum manumitti iussa est fideicommissario in præstanda libertate quæ ei mandata est morâ faciēte pepererit q̄ natus est ingenuus nascitur, quia fidei cōmissarii tarditas ingenuitati eius obesse non potest.

INTERPRETATIO.

Si mulier diuortio facto gravidam se sciat, intra tricesimum diem viro denunciare debet, vel patri eius vt ad ventrem inspiciendū, obseruādūq̄ custodes mittantur. Quoniā hi partū mulieris omnimode coguntur agnoscere.

INTERPRETATIO.

Si quæcunque mulier matrimonio per diuortium dissoluto prægnantē esse se senserit, & hoc in noticiam mariti vel patris eius detulerit, vt ad inspiciēdum vel obseruandum ventrem suū custodes mittant quos dum miserunt partum mulieris id est natiuitatem sui hæredis cōpellentur agnoscere. Si prægnantem se mulier esse non denunciauerit, vel custodes ventris missos non admiserit, liberum est patri vel auo natum non alere, negligentia autem matris quominus suo patri heres sit obesse nō debet.

INTERPRETATIO.

Si post diuortium prægnantem se mulier marito non indicauerit, vel custodes ad obseruationem ventris missos custodes non permiserit, potest pater vel auus eum qui natus est in successione patris nocere penitus non debere qui post mortem patris sine dubio succedit. Si mulier ex viro prægnantem neget permittitur marito ventrem inspiciere, & ventri custodes dare.

**INTERPRETATIO.** Venter inspicitur per quinque obstetrices, & quod maxima pars earum denunciauerit pro vero habet.

**INTERPRETATIO.**

Quotiens de mulieris pregnancy dubitatur, quinque obstetrices id est medicę ventrem iubentur inspicere. Et quod plures ex ipsis se agnouisse dixerint, hoc certissimum iudicatur. Obstetricem quę partum alienum attulit, ut supponi possit summo supplicio affici placuit.

Quemadmodum filii suis iuris efficiuntur

Titulus XXVI.



**D**ater ab hostibus captus desinit habere filios in potestate. Postliminio reuersus, tam filios quam omnia sui iuris in potestate recipit, ac si nunquam ab hostibus captus sit.

Interpretatione non eget. Emancipatio etiam die feriato fieri potest.

Interpretatione non eget. Apud magistratus municipales si habeant legis actionem, emancipari & manumitti potest.

De adulteriis.

Titulus XXVII.



**N**uquam in adulterio uxorem maritus ita demum occidere potest, si adulterium domi suę deprehendat.

Interpretatione non eget.

Eum qui in adulterio deprehensam uxorem non statim dimiserit reum lenocinii postulari placuit.

**INTERPRETATIO.**

In causa adulterii dilatio postulata impartiri non potest.

De excusationibus tutorum. Titulus XXVIII.



**N**imicitie capitales quas quis cum patre defunctorum habuit, a tutelis excusant, ne paterno inimico pupillus committatur.

**INTERPRETATIO.**

Si cum patre minorū aliquis grates inimicitias habuisse cognoscitur a tutela pupillorum merito excusatur, ne inimico paterno parvulorum defensio committatur.

## INTERPRETATIO.

Ad curam eius cuius quis tutelam administravit, Inuitus vocari non potest. Interpretatione non eget.

De potioribus nominandis

Titulus. xxix.



Non recte potior est veditor nominare qui causam nominati potioris non expresserit. Interpretatione non eget. Potior quis esse debet non solum gradu generis, sed & substantia rei familiaris.

## INTERPRETATIO.

Qui potior ad tutelam eligendus est, non solum pupillo generis affinitate propinquior, sed & facultatibus debet magis idoneus approbari.

Qui potior nominari non possit.

Titulus. xxx.



Libertus, quem pater tutorem dedit si minus idoneus dicatur excusari quidem non potest, sed adiungi illi curator potest.

## INTERPRETATIO.

Si a patre filiis minoribus libertus tutor fuerit derelictus si parum idoneus videatur, excusari quidem ab actione tutelae non potest, sed potest illi curator adiungi.

Ad rationem diui Seueri.

Titulus. xxxi.

**D**olo tutores curatoresve detecto in duplum eius pecuniae condemnatione conueniuntur quas minores fraudare voluerunt, Interpretatione non eget.



U<sup>r</sup> est qui dolo malo rem alie-  
nam contractat.

## I N T E R P R E T A T I O.

Fur est qui rem alienam fraude  
interueniente contigerit. Furto-  
rum genera sunt quatuor. Ma-  
nifesti, nec manifesti. Concepti  
& oblati. Manifestus fur est, qui  
in faciendo deprehensus, & qui  
i<sup>n</sup>tra terminos eius loci vnde qd

sustulerat deprehensus est, vel antequam ad eum locū  
quē estimauerat perueniret. Interpretata non eget.

Nec manifestus fur est, qui in faciendo quidem deprehē-  
sus non est, sed eum furtum fecisse negari non potest.

Ista interpretatione non eget. Concepti actione is tenetur  
apud quem furtum quæsitum & inuentum est.

Ista interpretatione non eget. Oblatione is tenetur  
qui rem furtiuā alii obtulit ne apud se inueniretur.

Interpretatione non eget. Furti actione is agere potest  
cui interest rem non perdidisse. Interpretatione

non eget. Concepti is agere potest, qui rem concipit  
& inuenit.

## I N T E R P R E T A T I O.

Oblati is agere potest penes quem res concepta & inuē-  
ta est. Ista interpretatione non eget.

Manifesti furti actio & nec manifesti & concepti & oblati hæ-  
redi quidem competit sed in heredem non datur.

## I N T E R P R E T A T I O.

Furtorum genera, hæredes eius qui furtū pertulit perse-  
qui potest. Eius vero heredes qui furtū fecerit ad penā  
criminis teneri non possunt.

## I M P E R A T I O

Seruus qui furtum fecerit damnūve dederit nisi id pro  
sui quātitate dñs sit sarcire paratus, noxę tradi potest.

**INTERPRETATIO.** Si seruus alicui furtum fecerit, vel damnum dederit, si dominus eius pro eo redde-  
dere nolit, tradere eum v̄dicte pro qualitate facti debet.

**IMPERATIO.**

Si seruus furtum fecerit, deinde manumissus sit aut alie-  
natus, cum ipso manumisso vel emptore agi potest.  
Noxa caput sequitur.

**INTERPRETATIO.**

Si seruus furtū fecerit & postea aut manumissus aut ven-  
ditus fuerit, aut is qui manumissus est pro furti redhibi-  
tione tenebitur, aut emptor eius. Quia noxa semper ca-  
put sequitur.

**IMPERATIO.**

Filius aut filia si furtum fecerit deinde emancipetur, fur-  
ti actio in eum datur, quia in omnibus noxa caput sequi-  
tur. Interpretatione nō eget.

Non tatum qui  
furtum fecerit sed etiam is cuius opera aut consilio furtū  
factum fuerit, furti actione tenetur. Interpretatio-  
ne nō eget.

Qui meretricem libidinis causa rapuit  
& celauit, eum quoque furti actione teneri placuit.

Interpretatione non eget. Furti manifesti actio,  
præter quadrupli pœnam ipsius rei persecutionem ge-  
nere v̄dicationis & conditionis continet.

**INTERPRETATIO.**

Furti manifesti pœna quadrupli est & ipsius rei quæ est  
sublata redhibitio. Furti concepti actio aduersus eum qui  
obtulit tripli est pœna, & ipsius rei repetitio. Si quis rem  
furtiuam alteri obtulit ne apud ipsum inueniretur pœ-  
na tripli est, & ipsius rei redhibitio quæ sublata cognosci-  
tur. Furti quocunque genere condemnatus famosus ef-  
ficitur.

Interpretatione non eget. Quæcunque  
in caupona, vel meritorio stabulo diuersoriove perierit  
in exercitores eorum furti actio competit.

Interpres-  
tatione non eget. Rem pignori datam debitor credi-  
torei subtrahendo furtum facit. Quam si & ipse simili-  
ter admiserit, suo nomine persequi potest.



Iulij Pauli Sententiæ

pretatione non eget. Pater vel dominus de hac re que filio familias vel seruo subrepta est furti agere potest. in terest enim ei deferri actionem qui de peculio conuenitur.

INTERPRETATIO.

Si filio familias vel seruo furto aliquid sublatum fuerit, ad patrem vel dominum furti actio pertinebit. Quia merito eis hæc actio datur, ex quorum personis solent aliquotiens inueniri. Si rem quam tibi comodauit postea surripui, furti actio competere tibi non poterit. Rei enim nostre furtum facere non possumus. Interpretatione non eget. Si cum furtum quis querit danum iniuriæ dederit actione legis Aquiliæ tenebitur.

INTERPRETATIO.

Si cum furtum quisquis querit damnum alicui dederit vel iniuriam fecerit, secundum legem Aquiliam in duplum damni illati redhibitione multatur. Siue segetes per furtum, siue quælibet arbores cæse sint in duplum eius rei nomine reus conuenitur. Interpretatione non eget.

Ad iudicium comprehendendi furis premium promissum iure debetur. Interpretatione non eget.

Qui tabulas, cautionesve surripuit in ascriptam summam furti actione tenebitur. Nec interest an cancellate nec ne sint quæ ex his debitum dissolutum interest comprobari.

INTERPRETATIO

Qui tabulas aut cautiones furto abstulerint, ad eam summam redhibitionis, quam tabulæ vel chartæ sublatae continent furti actione tenebuntur. Nec interest vtrum cautiones ipsæ sine aliqua litura sint, an fuerint caraxatae an forsitan solute.

INTERPRETATIO.

Si seruus qui in fuga est, a domino quidem possidetur, sed dominus furti actione eius nomine non tenetur. Quia in potestatem eum non habet. Ista interpretatione non eget.



Gentē patronū libertus obligationi doni muneris & operarū solutus alere cogēdus est p̄ modo facultatū suarū.

## INTERPRETATIO

Si quis ita fuerit manumissus, vt nec donum nec operas patrono p̄stare deberet, & patronus eius egens fuerit effectus, eū pro modo facultatū suarū parere, & sustentare cōpellef.

Explicit Liber secundus Pauli sententiarum  
ad Filium.

Incipit Liber tertius.

De carboniano edicto. Titulus. i.



I fratri puberi & impuberi cōtrouerſia fiat p̄ par te īpuberis differri causam deberi ratū est, sed magis est vt puberis differri nō debeat.

## INTERPRETATIO.

Si quis cōtra duos fratres id est vnū puberē cuius etas curatorē habere potest, & alterū impuberē causā habeat, si frater qui senior est p̄ personā fratris iunioris, ne causā dicat sed voluerit excusare, ille qui senior est pro sua persōa vel causa respōdere cōpellef. Quod etiā si curatorē nō habeat adhibere sibi cogef. Nā adultus, se per personā pupilli penitus nō excuset.

De bonis liberti.

Titulus. ii.



Nbonis liberti prior est patronus quam filius alterius patroni.

## INTERPRETATIO.

Libertus duos patronos heredes instituit, alter eorū viuo liberto moritur, is qui superest, cōtra tabulas testamenti bonorum possessionem recte postulat.

## INTERPRETATIO.

Iulij Pauli Senten.

Si libertus duos patronos heredes instituit, & vnus ex ipsis patronis viuente liberto mortuus fuerit, ad illū patronum qui superest quod ambobus dimiserat pertinet Libertorū hereditas & in capita & in stirpes diuiditur, & ideo si vnus patroni duo sint liberti viriles id est æquales & alterius quatuor singuli viriles, portiones habebunt.

INTERPRETATIO.

Patronus vel patroni liberi ex parte dimidia heredes instituerunt, res alienum liberti proportionibus exoluere cogantur.

INTERPRETATIO.

Liberto mortuo patronus vel patroni filii cum secundū paginam testamenti in dimidia eius hereditate successerint debitū liberti proportionum suarum quantitate restituant.

De lege fabiana.

Titulus. III.



A que in fratrem patroni a liberto quoquomodo alienata sunt. Fabiana formula tam ab ipso patrono quam a liberis eius reuocantur.

INTERPRETATIO.

Si libertus aliqua ex bonis suis hoc animo alienauerit, ne ad patronum vel filios patroni inter hereditaria corpora perueniant, id quod hoc ordine per fraudem alienatum constiterit potest a patrono, vel a filiis ipsius reuocari.

De testamentis

Titulus. IIII.



Testamentum facere possunt masculi post completum quartum decimum annum. Fœminę post duodecimum. Spadones eo tempore testamentum facere possunt, quo plerique pubescunt id est annorū decem &



octo. Interpretatione nō eget. Filiusfamilias qui militauit de castrensi peculio tam communi quam proprio iure testamentum facere potest. Castrense enim peculium est, quod in castris acquiritur, vel quod proficiscente ad militiam datur. Interpretatione non eget. Cæcus testamentum facere potest, quia accire potest adhibitos testes, & audire sibi testimonium perhibentes. Interpretatione non eget. Furiosus tempore intermissi furoris testamentum facere potest. Interpretatione non eget.

De eo cui moribus interdicitur. Titulus.v.



Oribus per prætorem bonis interdicitur hoc modo. Quãdo tradis bona paterna, aliaque nequitia tua disperdis liberosque tuos ad egestatē perducis ob eam rem tibi ære commercioque interdicto. Interpretatione nō eget. Item de testamētis. Qui ab hostibus captus est testamētum quasi seruus facere non potest. Sane valet testamētum id quod ante captiuitatem factum est. si reuertatur iure postliminiū, aut si ibidē decidat beneficio legis Corneliæ. Quia lege ista legitimæ tutelę, hæditatesque firmantur.

INTERPRETATIO.

Qui ab hostibus captus fuerit in captiuitate positus quia seruus est non potest facere testamentum. Sed si testamētum ante fecit si redierit iure postliminiū valet, et si ibidē defecerit beneficio legis Corneliæ.

INTERPRETATIO.

In insulam relegati, & in opus publicum ad tempus dānati, quia retinent ciuitatem, testamentum facere possunt & testamentum capere.

INTERPRETATIO.

Qui pro aliquo crimine ad tempus, aut in insulam reles

## Iulij Pauli Senten.

gatus, aut in metallum deportatus quia perpetuam dā-  
nationem non habet & testamentum facere potest, & si  
quid ei testamento relictum fuerit obtinebit.

### INTERPRETATIO.

Plures quam septem ad testamentū adhibiti non nocēt.  
Superflui enim facto prodesse viri tantum nocere non  
possunt. Interpretatione nō eget. In aduersa cor-  
poris valitudine mente captus eodem tempore testamē-  
tum facere nō potest. Interpretatione non eget.

Prodigus receptavitē sanitate ad bonos mores reuersus  
testamentū facere potest. & ad testamenti solēnia adhibe-  
ri potest.

### INTERPRETATIO.

Ex his qui ad testamētū adhibētur si qui sint qui latine  
sciānt, vel non intelligant, si tamen sentiant cuius rei in-  
tersint adhibitione non vitiant testamentum.

### IMPERATIO.

Conditionū duo sunt genera, aut enim possibilis est, aut  
impossibilis. Possibilis est quę per rerum naturā admitti  
potest. Impossibilis quę non potest. Quarum ex euentu  
altera expectatur, altera impossibilis submouetur.

### INTERPRETATIO.

Si aliquis in testamento suo conditionem heredi consti-  
tuat quam prius impleat quam hereditatem presumat  
merito ad eam impendi quia possibilis videtur expectā-  
dum tempus est vt non presumatur hereditas q̄diu con-  
ditio impleatur. Nam si impossibile aliquid heredi fue-  
rit iniunctum quod impleri penitus non possit, talis con-  
ditio statim submouēda est, quia nullum scripto heredi  
impedimentum facit. Conditiones contra leges & decre-  
ta principum vel bonos mores adscriptę, nullius sunt  
momēti, veluti si vxorem non duxeris, si filios non sus-  
ceperis, si homicidium feceris, aut si a lite non cesseris,  
& his similia. Interpretatione non eget.

Quotiens non apparet quidem quis sit hæres institutus  
institutio non valet. Quod euenit si testator plures ami

cos vnus nominis habeat.

INTERPRETATIO.

Quotiens in testamentum euidenter hæres quis sit scriptus non exprimitur, nulla firmitas est hæredis. Nam si euenit vt testatoris amici plures vno nomine nuncupentur debet testator quem de illis heredem appellat rebus euidentibus declarare. Hæredes aut instituti aut substituti dicuntur. Institutur primo gradu, substituantur secundo vel tertio scripti.

INTERPRETATIO.

Qui testamēta faciunt, sicut instituere hæredes, Ita & substituere possunt. Nam qui primo gradu hæredes scripti sunt, instituti appellantur. Qui secundo, substituti. Qui tertio, scripti vocatur. Quia vsque ad tertium gradum hæredes substituere, pro testatoris voluntate permissum est. hoc est vt secundum voluntatem testatoris, ita substitutio ordinata feruetur. Ea tamen ratione, vt sicut committitur fidei hæredis, sic quibuscumque verbis testator iniunxerit, hæreditas defuncti ab intestato ad substitutum valeat peruenire. Substituere quid sit pure & subconditione primum tam suis q̄ extraneis tam puberibus quam impuberibus.

INTERPRETATIO.

Substitutio & pure id est sine cōditiōe fieri potest, id est vt cum ad substitutum hæreditas peruenit ad tertium heredem non debeat peruenire. Sub conditione autem ita quis substituitur, vt cum ille mortuus fuerit ad tertium heredem id est scriptum, hæreditas quæ est ab eo tacita perueniat. Quæ tamen substitutiones tam in suos hæredes, quam in alienos, & tam puberes quam impuberes fieri potest. hoc est & in pupillis & in adultis in quot vult vncias testator hæreditatem suam diuidere potest impleto asse sine parte hæredis instituti. Ad priores asses instituti in semisse æquis portionibus veniunt.

In quot vult vncias testator assem suam in diuersos hæredes diuidere potest, vt faciat si voluerit, & quidecim & viginti vncias & in maiori numero, aut certe si voluerit & in minori numero potest. Hoc est aut septem, aut nouem, aut quod voluerit. In minori modo vncias facere potest. Si vero ad duodecim vncias impleuerit. id est totum assem in testamento suo, & postmodum alteri dicat. Ille hæres mihi esto, & non dicat in quot vncias, quia nihil impleto asse de hæreditate remansit, illi qui in duodecim vnciis hæredes nominatim instituti sunt medietatem tollunt, & medietatem ille qui post impletum assem hæres est posterior, sine potestate aliqua nominatus. Quod si hæredes instituti in duodecim vnciis inueniantur & postmodum hæredem his verbis testator instituat vt dicat ex reliqua parte. ille hæres mihi esto, ei qui sic institutus est nihil debetur, quia impleto asse, nihil quod ei testator reliquerit dignoscitur remansisse

## INTERPRETATIO.

Seruus alienus cum libertate hæres institutus institutio nem non infirmat, sed libertas vt alieno superuacue data videtur.

## INTERPRETATIO.

Si seruū alienū aliquis data ei libertate hæredē instituerit. institutio quidē facta valebit, sed libertas alieno seruo data valere non poterit.

## INTERPRETATIO.

Filius extraneus æquis partibus hæredibus institutis si præterita accrescat, tantum vocauit quantum extraneo. Si vero duo sūt filii instituti suis tertiam extraneis dimidiam tollit.

## INTERPRETATIO.

Si quis filiū suum & extraneū æquis partibus testamento scribat hæredes filia prætermiffa tantum de portione germani sui quantū de extraneis reuocabit. Si vero duo filii hæredes scripti filia prætermiffa duobus fratribus tertiam tollet & extraneis dimidiam.

## INTERPRETATIO

Talis est posthumorum institutio. Si qui post mortem meam posthumi fuerint, hæredes sunt.

Item si viuo eo nascantur, rumpunt testamētum.

## INTERPRETATIO.

Nepos posthumus in locum patris succedere pōt, ab auo aut heres instituendus est aut nominatim exheredāndus, ne agnoscendo rumpat testamentum. Interpretatio ne non eget.

Qui semel cōstituit se ad hereditatē pertinere ac se eius rebus immiscuit, repudiare eam non potest, etiam si dānosa sit. Ista interpretatione non eget.

Ad senatus Consultū Sileyanū. Titulus. vi.



A hereditas eius q̄ a familia occisus esse dicitur, ante habitam quæstionē adiri non potest, neque bonorum possessio postulari.

## INTERPRETATIO.

Quicūque a familia sua occisus fuerit hereditas illi⁹ ab herede adiri nō potest, nisi prius de familia quæstio fuerit ventilata, & mors occisi fuerit vindicata. Occisus videtur non tantum qui per vim, aut per cædem interceptus est, velut iugulatus, aut præcipitatus, sed & is qui veneno necatus dicitur. Honestati enim heredis conuenit, qualēcunque mortem testatoris inultam non permittere.

## INTERPRETATIO.

Domino occiso de ea familia quæstio habēda est, quæ intra tectum fuerit, vel certe extra tectum cū dominus eo tempore occidebatur.

## INTERPRETATIO.

Qui occisus dicitur si cōstet eum sibi quoquomodo manus intulisse de familia eius quæstio non est habenda, nisi si forte prohibere potuit, nec prohibuit.

## INTERPRETATIO.

Ne romano Senatusconsulto cauetur, vt occisa vxore etiam de familia viri quæstio habeatur, atque iuxta vxoris familiam obseruetur, si vir dicatur occisus. Interpretatione noneget. INTERPRETATIO.

Serui qui sub eodem tecto fuerunt, vbi dominus perhibetur occisus, & torqueantur, & puniantur, & si testamento occisi manumissi sint, sed & hi torquentur qui cum occiso in itinere fuerunt.

Serui de proximo si cū possent scire auditis clamoribus auxiliū domino non tulerunt puniantur. Interpretatione non eget. Serui qui in itinere circumdatum a latronibus dominum per fugam deseruerunt, apprehensos & torqueri & summo supplicio affici placuit.

## INTERPRETATIO.

Habetur de familia quæstio, & si hæres testatorem occidisse dicatur, nec interest extraneus an ex liberis sit, interpretatione non eget. Omnibus qui contra voluntatē defuncti faciunt, vt indignis aufertur hæreditas, si nihil testamento in fraudem legis fuerit captum.

## INTERPRETATIO.

Hæres scriptus qui aliquid contra vltimam defuncti fecerit voluntatem, ei vt indigno aufertur hæreditas, si tamen nihil contra leges in eius testamēto fuerit comprehensum.

## INTERPRETATIO.

Siue falsum, siue ruptum, siue irritum, dicatur esse testamentum, salua eorum disceptatione scriptus hæres iure in possessionem mitti desiderat. INTERPRETATIO.

Siue scriptus hæres vt statim in possessionē mittatur iure desiderat, hoc post annum impetrari non poterit.

## INTERPRETATIO.

Si inter hæredem institutum & substitutum controuersia sit, magis placet eum in possessionem rerum hæreditariarum mitti, qui primo loco scriptus est.

## INTERPRETATIO.

Si inter institutum & substitutum heredem intentio de hereditate nata fuerit, ille in possessionem rerum hereditariarum mittendus est qui iustus magis probatur quam is qui legitur substitutus. INTERPRETATIO.

Si eo testamento haeres scriptus quod neque ut oportuit oblatum nec publice recitatum est haeres scriptus in possessionem mitti frustra desiderat. INTERPRETATIO. In possessionem earum rerum quas mortis tempore testator non possedit, haeres scriptus priusquam iure ordinario experiatu improbe mitti desiderat.

De legatis.

Titulus. VII.



Erpreceptionem unum ex heredibus nummi legati qui domi non erant, officio iudicis familia herciscunda ab heredibus prestabuntur.

INTERPRETATIO.

Si testator unum ex heredibus pecuniam quam in substantia non reliquit dari preceperit nummi qui in legato relicti sunt legatario tempore diuisionis ab heredibus implebuntur. Ante heredis institutionem legari non potest inter medias heredum institutiones, siue aliter, siue ut quis adeat, potest interdum dimidium, interdum totum legari, dimidium si per vindicationem legatum sit, totum si per diuisionem. INTERPRETATIO.

Comuni seruo cum libertate & sine libertate legari potest, totumque legatum socio testatoris acquiratur. Interpretatione non eget. Post mortem heredis legari non potest, quia nihil ab herede heredi relinqui potest.

Constitutum est, ut si quis heredi suo iniunxerit, ut eius haeres quid cui dixerit soluat, haec conditio valere non debet, quia ille qui haeres relinquitur, quem sit heredem habiturus incertum est. INTERPRETATIO.

In mortis tempus tam sua quam heredis eius legata confirmari possunt hoc modo. Lucius Titius cum morietur hoc lego aut heredes meos dare damna affecto.

## INTERPRETATIO

Si quis faciens testamentum iniunctum heredi hoc tē-  
pore quo ipse heres moritur legatū legatorio tradat vas  
let legatum. Per vindicationem legatum etsi nondū cō-  
stituerit legatarius ad se pertinere, atque ita post apertas  
tabulas ante aditam hereditatem dicefferit ad heredem  
suum legatum transmittet INTERPRETATIO.  
Constitutum est vt legatum vindicationis id est quod  
non expectat heredem a legatario non præsumptum a  
legatarii herede præsumitur. Si res obligata credito-  
ri cuius causam testator non ignorauit p dānationem le-  
gata fit luitio ad heredis sollicitudinem expectat.

## INTERPRETATIO.

Si pro debito pign<sup>9</sup> depositum fuerit creditori vt testa-  
mēto suo debitor id quod pignus posuerat per damna-  
tionē ipsi creditori legati titulo derelinquat creditor se-  
cundum testamentum legatum possidet et debitum ab  
heredibus recipiet testatoris.

## INTERPRETATIO.

Seruo fataliter interempto legatarii damnum est, quia  
legatum nulla culpa heredis intercedit.

## INTERPRETATIO

Seruus nominatim legati titulo dimissus si mortu<sup>9</sup> fue-  
rit, legatario non debetur. damnari heres potest. vt ali-  
cui domum extruat, aut ere alieno eum liberet.

## INTERPRETATIO.

Sinendi modo tam corporales resque in iure cōsistūt  
legari possunt. & ideo debitori quod debet recte legatur  
Interpretatione non eget. Eius rei que legata est exē-  
plo heredis partem agnoscere, partem repudiare lega-  
tario non potest. Interpretatione non eget. Legatum  
nisi certe rei, & ad certā personam deferatur nullius est  
momenti. In interpretatione non eget. Si quis sibi & alii  
in alterius testamento legatum conscripserit, ad illum



quem sibi adiunxerit, magis quam ad eū qui pro se scripsit totum legatum pertinere.

INTERPRETATIO.

Qui se filio testatoris impuberi tutorem ascripserit, vt suspectus a tutela remouendus est, ad quam se vltro videtur affectasse. Interpretatione non eget. Rē legatā testator si postea pignori vel fiduciam dederit eo voluntatem mutasse non videtur. Interpretatione non eget.

De vsufructu. Titulus, viii.



Vsufuctus vniuscuiuscūque rei legari potest, Et aut ipso iure cōstituitur aut per hāredem pręstabitur ex causa damnationis. Per hāredē pręstabitur ipso iure pervindicatiōnem. Interpretatione non eget. Furioso & egrotanti & infanti vsufuctus vtiliter relinquitur, horum enimalius resipiscere, alius conualescere, alius crescere potest. Interpretatione non eget.

Ancile vsu fructu legato partus eius ad vsu fructuariū nō pertinet. Interpretatione nō eget. Greges vsu fructu legati grege integro manente foetus ad vsu fructuariū pertinent salvo eo, vt quicquid gregi deperierit, ex foetibus impleatur. Interpretatione non eget. Aræ vsu fructu legato edificia in ea constitui non possunt. Ista interpretatione non eget. Accessio ab alluuiōne ad fructuariū fundum quia fructus fundi non est, non pertinet. Venationes vero & aucupum redditus, ad fructuariū pertinent. Interpretatione non eget.

Servos neque torquere, neque flagellis cedere, neque in eum casum facto suo perducere vsu fructuarius potest per quod deteriores fiant. Interpretatione non eget. Fructu legato si vsus non ascribatur magis placuit vsu

## Iulij Pauli Senten.

fructum videri ascriptum, fructus enim sine vsu essendū possunt. Interpretatione non eget. Si alterius alteri fructus legatus sit, fructuarius in vsu concurrat quod in fructu vsusfructuarius facere non potest.

### INTERPRETATIO.

Si duobus ita legetur vt alteri vsus alteri fructus legetur relictus fructuarius cū fructu vsu præsumit quod ei qui vsu acceperit, de fructibus non licebit. Coniunctum duobus vsu delego legatum altero mortuo, ad alterum insolidum pertinebit.

### INTERPRETATIO.

Si duobus in communi vsusfructus legati titulo dimittatur, & vnus ex ipsis mortuus fuerit legatus, vsus fructus ex integro ad eum qui superfuerit pertinebit, vsus fructu legato de modo vtēdi causa a fructuario solet interponi, ideo se perinde omnia facturū, ac si optimus pater familias vteretur fideiussoribus oblati cauere cogatur. Interpretatione non eget. Vsusfructus amissus ad proprietatem recurrit. Amittitur autē quinque modis, capitis minutione, rei permutatione, non vtendo, in iure cessione, domini cōparatione, capitis minutione amittitur, si in insulam fructuarius deportetur, vel si ex causa metalli seruus pene efficiatur. Et si statum ex arrogatione vel adoptione mutauerit. Non vtendo amittitur vsusfructus si possessione fundi biennio fructuarius nō vtatur, vel rei mobilis anno rei mutatione amittit vsusfructus si domus legata incendio cōflagrauerit, aut ruina perierit licet postea restituatur. In iure cessione amittitur vsusfructus quotiēs domino proprietatis fructuarius in iure cesserit. Finitur vsusfructus aut morte aut tempore, mortecum vsusfructuarius moritur, tempore, quotiens ad certum tempus vsusfructus legatur/vel

vt biennio, aut triennio. Interpretatione non eget.

### INTERPRETATIO.

Fundo vel seruo legato, tam fundi instrumentum, quã serui peculium ad legatariũ pertinet. Interpretatione non eget. Quærendorum fructuum causã esse videntur qui opus rusticum faciunt, & monitores, & vilici, & saltarii. Item boues aratorii, aratra, bidentes & falces putatorie, frumentum quoq; ad semẽtem repositum. Interpretatione non eget. Fructuum colligẽdorum causã cõparata sub instrumento cedũt, velut corbes, aluei, falces messoria, & scœnarię, Item olleã oliuariã.

### INTERPRETATIO.

Conseruãdorum fructuum causã comparata sub instrumento cedunt, velut dolia, cuppe, vehicula, rustica cibaria, pistores, asini, focarię, itẽ ancillę quę vestimenta rusticis faciunt, scodra quoq; & sutor continebuntur.

### INTERPRETATIO.

Vxores eorum qui operantur magis est, vt instrumento cedant. Pecora quoq; & pastores eorum stercorendi causã parata instrumenta continentur. Ea autem quę in custodiã magis causã quoad vsus patris familię eo delata sunt, instrumenti nomine non continentur, vxores vero eorum qui mercedes præstare consueuerunt, neq; instructionis neq; instrumenti appellatione continẽtur. Piscationis vel venationis instrumenta, ita demum instrumento fundi continentur: si ex his maxime fundi redditus cogantur. Interpretatione non eget. Fructus percepti instrumento fundi ita demũ cedunt, si sibi dem assummi a testatore consueuerant,

Interpretatio, non eget



Fundo cum omni instrumento rustico et urbano & mācipiis quę ibi sunt legato / tam supellex quam ęramentū Itēque argentum & vestes quę ibi paterfamilias instruendi gratia habere solet debebuntur. Item ea mancipia quę vsui patrifamilias esse solent. Item quę aues & pecora quę ferendarum epularum gratia in fundo comparrata sunt exceptis his quę ibi custodię causa deposita sūt.

## INTERPRETATIO.

Fundo legato ita vt optimus maximusque est. retia, capraria, & cętera venationis instrumenta continebuntur. quę etiam ad instrumentum pertinent si quęstus fundi ex maxima parte in venationibus distat.

## INTERPRETATIO.

Fructus solo qui hęrebāt eo mortis testatoris tempore ad legatarium pertinent ante pęcepti ad hęredē.

## INTERPRETATIO.

Fundo legato cum mancipiis & pecoribus, & omni instrumento rustico, & urbano peculio, actores ante testatorem defuncti, si ex eodē fundo fuerint magis placeat ad legatarium pertinere. Interpretatione non eget.

Actor vel colonus ex alio fundo in eodem constitutus, qui cum omni instrumēto legatus erat ad legatariū nō pertinet, nisi cum ad rem eius fundi testator voluerit pertinere. Interpretatiōe nō eget. Structo pędio legato fabri ferrarii, item lignarii potatores, & qui struendi sūt di gratia ibidem morabantur legato cedunt. interpretatione non eget. Structo fundo legato libri quoq; & bibliothecę, quę in eodem fundo sunt, legato continētur. Interpretatione non eget. Seruus studēdi gratia ex eodem fundo qui cum mancipiis fuerat legatus alio transfatus, ad legatarium placuit pertinere.

## INTERPRETATIO.

Si aliquis agrum cum mācipiis per legatum reliquerit, quicumque exinde discendi artificii causa alibi transfatus fuerit, inter alia eius fundi mancipia ad legatarium

pertinebit, fundo ita vt possederat legato mancipia, tam urbana quam rustica. Itemq; aurum & vestes quę eodē tempore in fundo comprehenduntur ad legatariū pertinent. Interpretatione non eget, Pascuaria quę postea cōparata ad fundum legatū testator adiunxerat, si eius appellatione contineantur ad legatariū pertinent. Ista interpretatione non eget. Quicquid in eadem domo quam structam paterfamilias legauit ppetuo struēdi se gratia habuit legatario cedit.

## INTERPRETATIO.

Structa domo legata ea legato continentur quibus domus munitior vel tuita ab incendio prestatur. Tegulae, specularia & vela legato continebuntur. Item stramen lecti, culcitra, puluinaria, subsellia, cathedre, mēse, armaria, delphicę pelues, aquimanilia, candelabra, lucerne, & similia quacūq; materia expressa. Domus legata banleū eius quod publice prębebitur, quod alia separetur legato cedunt. Interpretatione non eget. Domo cum omni iure suo sicut structa est legata urbana familia. Item artifices, & vestiarii, & setarii & aquarii eidem domui seruientes legato cedunt.

## INTERPRETATIO.

Omnibus quę in domo sunt legatis cautiones debitorū rationesque seruorum legato cedunt. Interpretatione non eget. Strumento medici legato Collyria, & Emplastrum & apparatus omnis conficiendorum medicamentorum. Itemq; ferramenta legato cedūt. Strumenta pictoris legata, colores, pinsuli cauteria, & temperādorū colorum vasa debebuntur. Interpretatione non eget. Mobilibus legatis aurum vel argētum non debetur, nisi de hiis quoq; manifeste sensisse testatorem possit ostendi. Interpretatione non eget. Pistoris instrumenta legata, Cribra, Asini, mole, & serui qui pistrinū exercent. Itemq; machinæ quibus farine subiguntur legato cedunt. In

## Iulij Pauli Sententia

interpretatione non eget. Strumēto balneatorio legato balneator ipse & scanna, & si podiā fistulę miliaria, epistomia, rote, aquaria, iumenta quoq; quibus ligna deferuntur legato cedunt.

### INTERPRETATIO.

Strumēto piscatoris legato rethia, & nasse, & fuscine, & nauiculæ, hami quoq; & cetera huiusmodi vsibus destinata debentur. Interpretatione non eget. Supellectilia legata capse, armaria nō solum librorum aut vestium ponendi gratia paratæ sunt debentur, sed & bissina & cristalina & argentea & vitrea vasa, tam escaria quam potoria, & vestes stratorię legato cedunt, Interpretatione non eget. Villis vel agris separatim legatis alter alteri cedit.

### INTERPRETATIO.

Si quis per testamentum cuiuscunq; legati titulo agrum reliquerit, & villam reliquisse videtur, si vero villam reliquerit, & agrum reliquisse cognoscitur, seruis legatis ancillę quoq; debebuntur. Nam idem seruis legatis ancillæ, & ancillarum appellatione, tam virgines quam seruorum pueri continentur his scilicet exceptis, quę si ducię datę sunt.

### INTERPRETATIO.

Serui legati titulo dimissi, tam pueri quam ancillę debentur, quia masculorum appellatione etiam familię continentur. Ancillis legatis serui non continentur. Ancillarum autem appellatione, tam virgines quā puberes vel impuberes accipiendę sūt, exceptis quę testator loco pignoris posuit. Seruis amanuensibus legatis, omnis qui ex conuersatione urbana & in ministerio fuerint debebuntur, nisi ex his aliqui perpetuo ad opus rusticū trāferantur. Interpretatione nō eget. Venatores serui vel aucupes inter urbana ministeria contineantur, dubium remansit. Et ideo voluntatis est quęstio, tamen si instrudatum cottidianarum epularum gratia apti sint his debentur. Interpretatione non eget. Muliones institores inter urbana ministeria continentur, item obsonatores

& Vestuarii, & Cubicularii, & Arrearum, & Coqui, placentarii, tonsores & pistorum, Lecticarii.

## INTERPRETATIO.

Pecoribus legatis quadrupedes omnes continentur, quæ gregatim pascuntur.

## INTERPRETATIO.

Iumentis legatis boues non continentur, equis vero legatis equas quoque placuit contineri, ouibus autem legatis, agni non continentur, nisi annales sint. Grege omnium legato, arietes etiam continentur. Interpretatione non eget. Avibus legatis, Anseres, phasiani, gallinæ, & auariæ debentur, An autem fassarii & pastores anserum voluntatis est quæstio. Interpretatione non eget. Dulcibus legatis sapa defrito mulsæ, dulces etiam vinum palmæ Caricæ, vult passæ videbuntur. Sed in hoc quoque voluntatis est quæstio, quæ & in specie pomorum comprehendendi possunt. Interpretatione non eget. Frugibus legatis tam legumina quam ordeum & triticum continentur.

## INTERPRETATIO.

Vestes legatæ cedunt quæ ex lana & lino textæ sunt. Itæ sericæ & bombicæ, quæ tamen induendi vel operiendi, cingendi, sternendi causa paratæ sunt, pelles quoque indutorie continebuntur, Veste humili legata, ea tantummodo debentur, quæ ad usum virilem suavi pudore virilitatis attinent. Stragula quoque huic legato cedunt. Interpretatione non eget. Muliebri veste legata omnia quæ ad usum muliebrem expectant debebuntur. Interpretatione non eget. Lana legata, siue succida/ siue lota sit/ siue pectinata/ siue versicoloria legato cedit. Interpretatione non eget. Purpura vero aut istam subtegmen vel hoc nomine continentur. INTERPRETATIO.

Mundo muliebri legato ea cedunt per quæ mundior mulier letiorque efficitur velut speculum cochæ situle. Item bubudes unguenta & vasa in quibus ea sunt. Item sella bal-

Iulij Pauli Senten.

nearis & cętera qbus collo/vel capite/ vel manibus mulieres ornantur. Interpretatione non eget. Argento legato massę tantũmodo debebuntur, vasa quę pro noie separantur legato non cedunt, quia nec lana legata vestimenta debentur.

INTERPRETATIO.

Vasis argenteis legatis ea ordine continentur quę capacitate alicui preparata sunt, Et ideo tam potoria quam escaria. Item ministeria omnia debebũtur, veluti vrceoli, Lances patinę, piperataria, coclearia quoque. Itemq; trullę, calices, Cyphi, & his similia. Interpretatione nõ eget. Libris legatis tam carthę. volumina vel membrane & phylure continentur, codices quoque debentur, Librorum enim appellatione non volumina cartharum sed scripturę modus qui certo fine concluditur ęstima-

INTERPRETATIO.

Auro legato gemmę quoque incluse. Itemque margarite ac smaragdi legato cedunt. Sed magis est voluntatis esse quęstionem. Infectum enim aurũ debebitur, Factũ enim ornamentorum genere continetur. Ista species in inferiori parte vtilius per se, & euidenter exposita est. Vasis argenteis legatis Emblemata quoque ex auro infixa legato cedunt.

INTERPRETATIO.

Argento potorio legato omnia quę ad poculorum speciem compata sunt debebuntur, veluti paterę, Calices scyphi, vrceoli, igniferaria, & conchę. Interpretatione non eget. Carruca cum iunctura ligata mulę quoque legatę, et mulio nõ videtur propter cottidianam loquendi consuetudinem.

INTERPRETATIO.

Si carruca cum iunctura per legatum dimissa fuerit, carpentum cum iunctura & mulę debebuntur, Mulio autẽ non debetur.

INTERPRETATIO.

Prolatum codicilis vel alio testamento quibus adẽptum



est legatum vel certe scissum perperam soluta repetuntur.

## INTERPRETATIO.

Si quis facto testamēto in quo aliquibus legata reliquerat, & alius post modum fecerit testamentū, & illa legata quę priori testamēto dederat abstulerit, vel codicillis fortasse remouerit, si illud prius testamētū post mortem testatoris prolatū fuerit, & legata heres scriptus absoluerit, quę in posteriori testamēto, vel in codicillo remota sunt, is qui ex priore testamento legatum consecutus est. reddere iubetur quod sequentibus scripturis ostendetur fuisse sublatum.

## De mortis causa donationibus. Titulus. IX.



Mortis causa donat, qui ad bellum proficiscitur, & qui nauigat, ea scilicet conditione, vt si reuersus fuerit sibi restituatur. Si perierit penes eum remaneat cui donauit. Interpretatione non eget. Donatio mortis causa cessante ualitudine, & sequēte sanitate, poenitentia etiā reuocatur, morte enim tantūmodo conualescit. Interpretatione non eget.

## Ad legem falcidiam.

## Titulus. X.



Exhaustā legatis aut fideicommissis, vel mortis causa donationibus hereditatem auxilio falcidię institutus heres quadrātem retinere potest. Si quis faciat testamentū, et heredem instituat & omnem hereditatē suam legatariis aut fideicommissariis vel mortis causa donationibus exhauriat ualeat quidem testamentum, sed heres scriptus quartam sibi ex omnibus bonis retinet testatoris. Quotiens de modo partis retinendę queritur propter periculum plus petendi officio iudicātis, omnia

Iulij Pauli Senten.

bus estimatis quarta faciēda est, quę apud heredem res  
maneat, aut certe exigenda cautio a legatario, vt quod  
plus drodrāte p̄ceperit restituat. Interpretatione nō  
eget. Ea quę mater viua filio donauit in quartam non  
imputantur. INTERPRETATIO.

Ea quę mater superstes filio per legitimam scripturā do  
nauit in falcidia ei post mortem matris, a germanis eius  
non potest imputari, sed ī partem sibi debitam salua do  
natione succedit. Ex morap̄rstandorū fideicōmissorū  
vel legatorum fructus & vsus repeti possunt, mora aut̄  
fieri videtur cum postulanti non datur. Interpretatiōe  
non eget. Explicit liber Tertius.

Incipit liber Quartus.

De fideicommissis.

Titulus. I.



**A**B vxore cui vir dotē p̄legauit fidei  
cōmissum relinqui non potest, quia  
non ex lucratiua causa testamēto ali  
quid capit, sed p̄prium recipere vi  
detur. INTERPRETATIO.  
Vxori cui maritus testamēto suo do  
tem quam habet accepti legati titu  
lo dereliquit, ex ea fideicōmissi hoc  
si testator iubeat dare non cogetur, quia non de mariti  
bonis aliqd̄ consequitur, sed qd̄ dederat recepisse videtur.  
Posthumo hærede instituto fideicommissum dari potest  
Interpretatiōe on eget. Ab impetratore hærede insti  
tuto legari, & fideicommissum peti potest. I nterp̄tatiōe  
non eget. A surdo vel muto siue legatum acceperit, si  
ue hæredes instituti sint, vel ab itestato successerit fidei  
commissum relinquitur.

INTERPRETATIO.

Si a quocunque per testamentum furdus aut mutus hæredes fuerit instituti aut ab intestato fortasse successerit, si quid aut per testamētum, aut per legitimum numerū fideicommissi nomine, vt dare debeat fuerint delegati, id dare omnib<sup>9</sup> modis cōpelluntur. Qui fideicōmissū reliquit etiā cū eo loqui potest cui reliquit, veluti peto gar sis cōtentus sis illa re aut volo tibi illud præstari.

Qui fideicommissum cuiquēque dimittit potest his verbis ad eum cui reliquerit loqui, volo tibi de rebus meis illud esse donatum, aut spero a te vt illa re digneris esse contentus. Quod tamen debet aut testamēti serie, aut testium professione constare. Fideicommissum his verbis, possumus formare, rogo, peto, volo, mando, deprecor, cupio, iniungo, desidero quoque & impetro verba vtilia faciunt, fideicommissum. Relinquo vero & commēdo nullam fideicommissi pariunt actionem.

## INTERPRETATIO.

Si qñ fideicōmissum reliquitur precatiuis verbis relinquit potest, vt roget quis iniungat, petat, speret, vt id quod fideicōmissum est, ad eum quē testator voluit, sicut iniurix ita faciat peruenire. Nam si dicat quis dimitto, hoc illi vel commedo, quia verba directa sunt fideicōmissi locum habere non possunt. Tā nostras res q̄ alienas p fideicommissum relinquere possumus. Sed nostrę statim aliene autē estimatę aut redemptę præstantur.

## INTERPRETATIO.

Per fideicommissum vnusquisque potest tam proprias res quā alienas dimittere, sed si suas dimiserit, ipse q̄ relicte sunt dantur. Si vero alienas, aut estimationē dimissæ rei dare, aut ipsam redimere, & dare hæres cui fideicommissum est, iure compelletur. Si alienam rem tāquam suam testator per fideicommissum reliquerit, nō relictorus si alienam scisset, vt solet legatum ita inutile erit fideicōmissum.

## INTERPRETATIO.

## Iulij pauli Sententia

Si quis per fideicommissum rem alienā ideo reliquerit, quia suam esse credebat, non utique dimissurus si scisset alienam, sicut & in legatis dānationis constitutū est, nō potest propter hoc heres cui fideicōmissum est retinere Testator superuiuens si eam rem quam reliquerat vendiderit, extinguitur fideicommissum. Interpretatiōe nō eget. Codicillis qui testamento confirmati non sunt ad scriptum fideicommissum iure debetur.

### INTERPRETATIO.

Per codicillos fideicommissum relictū iure debetur. etiā si codicilli testamento non fuerint confirmati. Filio qui buseūque verbis a patre fideicommissum relictum iure debetur. Sufficit enim inter coniūctas personas quibus cunq; verbis, vt in donatione volūtas expressa, & ideo etiā pridie quā moriatur recte relictū videtur. Interpretatione non eget. In tempus emancipationis, vel cū sui iuris erit fideicommissum, relictum quocunq; modo patria potestate liberato debetur.

### INTERPRETATIO.

Si ita fideicommissum, filiofamilias reliquatur, vt cum emancipatus a patre fuerit, vel cum sui iuris factus fuerit fideicōmissum relictum quocunq; modo patria potestate fuerit liberat<sup>9</sup>, id quod relictum est iure debetur. Rogati inuicem si sine liberis decesserint hereditate restituentur. Altero decedente sine liberis hereditas ad eū peruenit qui superuixit. Nec ex eo pacisci contra voluntatem testatoris possunt.

### INTERPRETATIO.

Si aliquis ita hereditatē duobus reliquerit vt eos rogauerit vt vno ex his sine filiis mortuo ei qui superfuerit, omnis hereditas acquiratur, vno ex ipsis sine filiis mortuo ad superstite integrā hereditas ptinebit. Et si aliqd hi ipsi dum viuunt pacisci de ea hereditate voluerit, id quod pacti fuerint non valebit. Heres antea ditam her

reditatem, legatarius antequam legatum accipiat, fidei commissum præstare non possunt.

## INTERPRETATIO.

Neque hæres antequã relictam sibi hereditatem adeat, neq; legatarius antequã legatum quod ei dimissum est accipiat, aliquid per fidei commissum de eo quod illi relictum est, ad alias non possunt transferre personas.

## INTERPRETATIO.

Rem fideicommissam si hæres vendiderit, eãque sciens comparauerit, nihilominus in possessionem eius fidei commissarius mitti iure desiderat.

## INTERPRETATIO.

Si re que per fideicommissum alicui relicta est cuicunq; hæres vendiderit & eam sciens relictam alii aliquis comparauerit fideicommissarius in possessionem sibi deputatam mitti iure deposcit.

## INTERPRETATIO.

Quotiens libertis fideicommissum relinquitur, ad eos tantummodo placuit pertinere qui manumissi sunt, vel qui in eodẽ testamento libertatem intra numerum legitimum cõsecuti sunt.

## INTERPRETATIO.

Si quãdo libertis fideicommissum relictum fuerit, his debetur qui manumissi sunt, vel eis qui intra legitimũ numerum libertatem fuerint cõsecuti. Legitimus autẽ numerus est, qui secundum legem falsiam caumeam custoditur. Cui ab herede fideicommissum non præstatur, nõ solũ in res hereditarias, sed in pprias heredis inducitur.

## INTERPRETATIO.

Omne fideicommissum non in vendicatione, sed in petitione consistit. Interpretatione non eget. Quotiens fideicommissum relinquitur, sicut peti potest ita non potest vendicari.

**S**enatusconsulto Trebelliano prospectū est, ne solus hæres omnibus hereditariis actionibus oneretur, et ideo quotiens hereditas ex causa fideicommissi restituitur, actiones eius non in fideicommissariū transferuntur, quia unicuique damnosam esse fidem suam non oportet. Interpretatione non eget.

De Senatusconsulto Pegasiano. Titulus. III.

**I**nter hæredem & fideicommissarium cui ex Pegasiano hereditas restituitur, partes & pro parte stipulatio interponitur, ut heredi instituto pro quarta actiones, pro cæteris vero portionibus fideicommissario competant.

INTERPRETATIO.

Inter heredem & eum cui hereditatem per fideicommissum iussus est reformare ita interposita stipulatione obseruandum est, ut heres pro quarta quæ sibi retinet quartæ partis excipiat actiones, & fideicommissarius pro tribus tantum partibus quæ ad eum ex hereditate peruenerint oneretur totam hereditatem restituere rogatus. Si quartam retinere nolit, magis est ut eam ex Trebelliano debeat restituere, tunc enim omnes actiones in fideicommissarium dantur.

INTERPRETATIO.

Si quis qui totam hereditatem per fideicommissum alteri reddere iussus est, quartam sibi iure concessam voluerit retinere necesse est, ut fideicommissario integram hereditatem restituat. Quo facto sicut omnis hereditas, ita ad eum omnes hereditariæ transeunt actiones. Lex falcidia itemque senatusconsultum Pegasianum deducto ære alieno de eorumque donis quartam residuam hereditatis ad heredem voluit pertinere.

INTERPRETATIO.

Lex Falcidia similiter ex Pegasiano senatuscōsulto factā hereditariū debiti rationē & separatis his q̄ in honorem dei ab ecclesiis relinquuntur quartam hæreditatis ex omnibus ad scriptum hæredem censuit pertinere,

## INTERPRETATIO.

Qui totam hæreditatē restituit cum quartam retinere ex Pegasiano debuisset, si non retineat repetere eā non potest. Nec enim indebitum soluisse videtur. qui plenam fidem defuncto præstare maluit.

## INTERPRETATIO.

Is qui integrā hæreditatem fideicommissario restituit, cū quartam sibi iure cōcessam retinere potuerit, postea eā repetere non potest, quia nec aliquid indebitum soluit, sed integram fidē defuncto exhibuisse videtur.

## De repudianda hæreditate. Titulus. III.



Excusari hæreditas non tantum verbis, sed re potest & alio quouis indicio voluntatis.

Interpretatione non eget. Hæres per magistratus municipales ex auctoritate præsidis fideicommissario postulante, hæreditatem adire & restituere compelletur. Interpretatiōe non eget. Fideicommissarius si affirmet hæredem nullam adire hæreditatē, absente eo interponi decretum & in possessionem mitti iure desiderat. INTERPRETATIO.

Si is qui hæres scriptus & alteri hæreditatē restituere iussus adire e hæreditatē dissimulet, potest fideicommissario obtinere vt is qui hæres hoc ordine scriptus est hæreditatem adire & restituere iubeatur. suspectam hæreditatē adire compulsus, omnia ex Trebelliano restituet.

## INTERPRETATIO.

Qui hæreditatem quam restituere iussus est adire dubitat, si eam suscipere compulsus fuerit, integrā eam fideicommissario reformare compelletur.



Inofficiosum dicitur testamentum quod frustra liberis ex hereditate non ex officio pietatis videtur esse conscriptum. Interpretatione non eget. Post factum a matre testamentum filio procreato si non mutata ab eadem sit voluntas ad exemplum preteriti inofficiosi querelam recte instituit.

INTERPRETATIO.

Si mulier post factum testamentum filium pepererit, & testamentum suum nato filio non mutauerit filius preteritus de inofficioso matris testamento agere potest. Testamentum in quo imperator haeres scriptus est. Inofficiosum argui potest. Eum enim qui leges facit pari maiestate legibus obtemperare conuenit.

INTERPRETATIO.

Qui quod inofficiosum dicere non potest, hereditatem petere non prohibetur. Interpretatione non eget. Ex asse haeres institutus inofficiosum dicere non potest, nec interest exhausta necne sit hereditas. cum apud eum quarta aut legis falsidie, aut senatus pegasiani beneficio sit remansura.

INTERPRETATIO.

Si pater filium ex asse heredem instituat, & per fidei commissam, aut legata hereditatem ipsam totam diuersis distribuat, filius contra patris testamentum de inofficioso agere non potest quia quartam sibi, aut per legem falcidiam, aut per senatusconsulti beneficium retinebit. Quartae portionis deducto aere alieno et funeris in poenam prestanda est, ut ab inofficiosi querela excludatur. Libertatis quoque etiam portionem minuere placet.

INTERPRETATIO.

Quotiens falcidia filiis computanda est de asse heredi



tatis primo loco defuncti debitum retrahitur, & expensa quę in funere eius præstita est. Sed & collatę libertates nihilominus debebuntur, & sic liberis falcidia. idest vniuscuiusquę quartę portionis portio detur. Filius iudicio patris si minus quarta portioe cõsecutus sit, vt quartam sibi a coheredibus fratribus, cætera inofficiosi quęrela consequatur. Iure desiderat.

## INTERPRETATIO.

Filio hærede scripto cui ex ordinatione defuncti patris quarta fuerit deputata, si ei minus quã quarta portionis suæ fuerit derelicta; suppleri eam a coheredibus fratribus iure desiderat: quia in tali casu inofficiosi actione remouetur. Pactio talis ne inofficiosum testamentum dicatur, querelam a se per iudicium futuram non excludit. Meritis enim liberos quam pactionibus astringi placuit.

## INTERPRETATIO.

Si talis pactio viuo patre inter filios fiat, vt post obitum patris de inofficioso filii non quærantur talis pactio nõ valebit: sed cui cõpetit de inofficioso agere potest. Rogatus hæreditatem restituere; & si inofficiosi querelam instituerit, Fideicommissõ non fit iniuria. Quartam enim solum modo hæreditatis amittit, quã beneficio senatusconsulti habere potuisset.

## INTERPRETATIO.

Si ei qui a defuncto rogatus est; vt relictam hæreditatẽ alteri restituat, de inofficiosi querela instituerit actionẽ, id quod fidei commissum est; vt redderet ei cui reddere iussus est penitus nõ peribit; sed illi qui inofficiosi querelam proposuit quartam quam ex fidei commissõ Senatusconsulti beneficio erat habiturus suo vitio peribit. Hæres institutus habens substitutum si de inofficioso dixerit nec obtinuerit, non id ad fiscum; sed ad substitutum pertinebit.



Iulij Pauli Senten.

De vicesima

Titulus. vi



Abulæ testamenti aperiuntur hoc mō, vt testes vel maxima pars eorum adhibeantur qui signauerint testamentum. Ita vt agnitis signis rupto lino aperiatur, & recitetur, atq; ita describēdi exempli fiat postestas. Ac deinde signo publico ob signatum in archiuū redigatur. vt si quando exēplū eius intercederit sit vnde peti possit.

INTERPRETATIO.

Testamenta in municipiis, coloniā, oppidis, præfectura vico, castello: facta in foro: vel basilica presentibus testibus vel honestis viris in horam secundam & decimam diei recitari quę debent exemploq; sublato ab hisdē rursus magistratibus ob signari congruit quorū præsentia constat apertum: Interpretatione non eget.

Testamētum lex statim post mortem testatoris aperiiri voluit: & ideo quomodo iussit id rescriptis pater præsentibus intra triduum vel quinq; dies aperiendæ sunt tabule. Absentibus quoq; intra eos dies cū superuenerint Nec enim oportet testamētū heredib<sup>9</sup> & legatariis, aut libertatibus quam necessario vectigali moram fieri.

De lege cornelia.

Titulus. vii.



Vi testamentum falsum scripserit, recitauerit, subiecerit, signauerit, deleuerit, poena legis cornelię, ac de falsis tenebitur. Id est in insulā deportetur. Interpretatione non eget. Non tantum is qui testamētū subiecit, suppressit, deleuit, poena legis cornelię cohercetur: sed & is q sciēs dolo malo id, fieri iussit faciendūque curauit. Interpretatione non eget. Testamentum suppressit, qui sciens

prudensq; tabulas testamenti in fraudem heredū, vel legatariorum fideicommissariorum aut libertatum non fert. Interpretatione non eget.

Supprimere tabulas videtur, qui cum habeat & proferre possit, eas proferre non curat. Interpretatione non eget. Codicilli quoq; si lateant; nec proferantur, supprimi videbuntur. Interpretatione non eget. Edicto perpetuo cauetur, ut si tabule testamēti non appareāt de earum exhibitiōe interdīcto reddito intra annū magis possit quo ad exhibēdum compellitur qui supprimit. Tabularum quoque appellatiōe, cartę quoque & membranę continentur. Interpretatione non eget.

De intestatorū successiōe.

Titulus. viii.

**I**nter agnatos & cognatos hoc interest, qd agnatorum vocatione etiam cognati continentur. Inter cognatos vero agnati non cōprehēdūtur. Et ideo patruus & agnatus est & cognatus. Auūculus autem cognatus tantummodo.

#### INTERPRETATIO.

Agnati sunt qui per virilem sexum descēdunt. cognati autem qui per fœmineum. Et ideo patrum filii & agnati sunt & cognati, auūculi vero & eorum filii cognati sunt non agnati. Interpretatione non eget. Si sunt fratres defūcti & fratris filii vel nepotes fratre non existente filius fratris nepoti p̄fertur. Interpretatione non eget. Filii ad hereditates legitimas vltra consanguineas successiones non admittūtur, idq; iure ciuili vocatione narratiōe videtur effectum. Ceterum lex duodecim tabularum nulla descriptiōe sexus cognatos admittit. Interpretatione non eget. Filie nisi fratribus cōsanguineis itestatis aliter cū agnatis succedere nō possunt. quia nec cognati masculi ad successiōnē itestatorū vocātur, nisi qñ agnatos deesse cōsulerit.

## Iulij Pauli Senten.

Sane deficientibus agnatis, tunc cognati succedunt. Possunt sunt foemine cum viris que equales gradu sunt iure succedere in hereditate legitima, successionis locus non est. Et ideo fratre decedente antequam adeat, aut repudiet hereditatem fratris filius admitti non potest; quia omnis successio proximiori defertur.

### INTERPRETATIO.

Si quando quis intestatus moriatur, qui fratrem & fratris filium derelinquat, ad fratrem non ad fratris filium hereditas pertinet. Quod si frater defuncti hereditatem repudiauerit, vel adire noluerit; tunc fratris filius hereditatem patris sibi poterit vindicare. Ab hostibus captus, neque sui, neque legitimi heredis ius admittit postliminio reuersus; quod & circa eos qui in insulam deportantur, vel serui pene effecti sunt placuit obseruari, si per omnia in integrum indulgentia principali restituantur;

Interpretatione non eget. Pro herede gerere est, destinatione futuri domini aliquid ex hereditariis rebus usurpare. Et ideo pro herede gerere videtur qui fundorum hereditariorum cultores rationesque disponit. Et qui seruis hereditariis, iumentis, rebusve aliis vitur.

Interpretatione non eget. Ex pluribus heredibus hisdemque legitimis si qui omiserint hereditatem, vel in adiungendo aliqua ratione fuerint impediti, his qui adierunt vel eorum heredibus obmittentium portiones accrescunt; quod in herede instituto eum videlicet qui accooperat substitutum euenire non poterit, diuersa enim causa est scripti & legitimi. Interpretatione non eget.

Si quando multi heredes legitimi fuerint derelicti & alii eorum hereditatem pretermiserint; vel adire noluerint his legitimis qui adierint acquiruntur. Sed in herede instituto cui alter substitutus est alia conditio est; quia in heredibus scriptis testamenti ordo tenendus est; ut institutis substitutis de adeunda hereditate scripture

forma seruetur. Matres tam ingenue quam libertinae ciues romane vt ius liberorum consecute videantur, ter & quater peperisse sufficet, dū modo viuos & plenos temporis pariant.

INTERPRETATIO.

Quæ semel vno partu fratres vel duos filios edidit ius liberorum nō consequitur. Nō enim ter peperisse, sed semel partum fuisse videtur, nisi forte per interualla pariat.

INTERPRETATIO.

Mulier si monstruosum aut pdigiosum enixa sit, nihil proficit, non sunt enim liberi, qui cōtra formam humani generis conuerso more procreantur.

INTERPRETATIO.

Partum qui membrorum humanorum officia duplicauit, quia hoc ratione aliquatenus videtur effectum matri prodesse placuit

INTERPRETATIO.

Septimo mense natus matri prodest, ratio enim Pythagorei nūeri hoc videtur admittere, vt aut septimo pleno, aut decimo mense partus maturus videatur. Interpretatione nō eget. Abortus & abactus venter partū efficere nō videtur.

INTERPRETATIO.

Libertina vt ius liberorum cōsequi potest, si quater eā peperisse vt ingenuā sufficit. Interpretatiōe nō eget.

Ad Senatusconsultum Tertulianum. Titulus, IX.

**L**ibertina ingenua ius Quiritum cōsequitur, si ter peperit ad legitimam filii hereditatem admittitur. non est enim manumissa. Interpretatione non eget Ius liberorum mater habet, q̄ tres filios aut habet, aut habuit. Aut neq̄ habet neq̄ habuit habet, q̄ sup̄sunt. habuit q̄ amisit. Neq̄ habet, neq̄ habuit que beneficio principis ius liberorū cōsecuta est. Interpretatione non eget.

Degradibus.

Titulus, X.



Rimo gradu superiori linea cōtinētor pater & mater, inferiori filius et filia. Quibus nullæ aliæ psonæ iunguntur. Interpretatione non eget. Secundo gradu superiori linea cōtinētur Auus & auia, inferiori nepos & neptis, transuersa, frater & soror, quæ personæ duplicātur Auus eī, & auia tam ex p̄re q̄ ex m̄re accipiūtur, quæ personæ sequētibus quoq̄ gradibus similiter p̄ substantia earū quæ in quoquo gradu cōsistunt ipso ordine duplicantur.

## INTERPRETATIO.

Istæ personæ in secūdo gradu ideo duplices appellantur, quia duo Aui & paternus est & maternus. Itē duo genera nepotū sunt siue ex filio siue ex filia p̄creati. Frater & soror ex trāsuerſo veniūt. id est aut frater p̄ris, aut frater m̄ris, qui aut patruus aut auunculus nominētur. qui & ipsi hoc ordine duplicantur. tertio gradu veniunt supra proauus, pauia, infra pronepos proneptis, ex obliquo fratres sororesq̄, filius, filia, patruus, amita, id est p̄ris frater & soror, auūculus, matertera, id est m̄ris frater et soror. Interpretatione nō eget. Quarto gradu veniūt supra Abauus & abauia, infra abnepos & abneptis. Ex obliquo fratres & sorores, nepos & neptis. Patruelis, & soror. patruelis, id est patruī filius & filia. cōsobrinus & cōsobrina, id est auunculi & materteræ filius & filia. Amitinus & amitina, id est amitæ filius & filia. Itemq̄ cōsobrini qui ex duabus sororibus nascuntur, quibus accrescit patruus magnus & amita magna, id est aui paterni, frater et soror auunculus, magnus & matertera magna. i. auia tam paternæ q̄ maternæ frater & soror. Hic plus exponi opus non est, quæ lex ipsa declarat. Quinto gradu veniunt supra quidem atauus & atauia. infra adnepos et adneptis. Ex obliquo fratres & sorores. Pronepos & proneptis, fratres patruelis et sorores patruelis. Amīni et amīnæ. cōsobrini et cōsobrinæ, filius et filia.

proprius consobrinus et consobrina, id est patruus magni & amite magnæ, filius & filia. His accrescunt propatruus, proamita hi sunt proauus materni frater & soror; proauunculus pro matertera, Hi sunt proauus paterne maternæque frater & soror, proauusque materni. Hæc species nec aliis gradibus quàm scripta est, nec aliis vocabulis declarari potest. Sexto gradu veniunt supra tritauus tritauia, infra trinepos trineptis. Ex obliquo fratres & sorores, abnepos & abneptis. Fratres patruelis; & sorores patruelis, Amitini & amitina, consobrini & consobrina. Patruus magni & amite magnæ. Auunculi magni & materteræ magnæ, nepos & neptis, proprioque res consobrini & filius & filia qui consobrini appellantur. Quibus ex latere accrescunt propatruus & proamite, proauunculi & promaterteræ, filius & filia. Qui consobrini adpatruus et amita. Hi sunt abauus materni maternæque frater et soror, abauunculus & matertera. hi sunt abauus paterne, maternæque frater & soror, abauusque materni. Hæc quoque explanari amplius non potest quam author ipse differuit. Septimo gradu qui sunt cognati re & aliena supra infra que propriis nominibus non appellantur, sed ex trasuersa linea continentur, fratres sororesve, adnepotes & adneptes, consobrini filii filiarumque successiois, Idcirco gradus septem constituti sunt, quia ulterius rerum natura nec nomina inueniri, nec uita succedentibus prorogari potest.

## INTERPRETATIO.

In his septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur, ultra quos nec affinitas inueniri, nec successio potest amplius prorogari.

De manumissionibus.

Titulus, XI.  
m ij

Iulij Pauli Sententiæ



Eruium communem vnus ex dominis manumittendo latinum facere nō potest, nec magis quā ciuem romanū cuius portio eo casu quo si proprius esset, & ad ciuitatē romanam peruenerit socio accrescit.

INTERPRETATIO.

Si aliquis seruum cōmunem manumiserit eundē manumittendo nec latinum, nec ciuem romanū facere potest. Et ideo portio eius manumissori perit, & alteri domino ex integro quasi eius tātum proprius fuisset acquiritur. Mutus & surdus seruū vindicta liberare non possunt, Inter amicos tamen et per epistolam manumittere non prohibentur, vt autem ad iustā libertatē peruenire possint conditione venditionis excipi potest. Interpretatione nō eget. Tormentis apud præsidem subiectus & de nulla culpa confessus ad iustam libertatem perducipotest.

INTERPRETATIO.

Fideicommissio libertas data facto hæredis nō mutatur si seruum quē manumittere iussus est vixerit.

INTERPRETATIO.

Per fideicommissum data libertas ab herede per hoc reuocari non potest, si seruum quem manumittere iussus est crimine obiecto in vincula redegerit. Cōmunem seruum vnus ex sociis si debuerit vinciedū futurę libertati non nocebit. Inter pares enim sententia clementior seueriori præfertur. Et certe hūanę rationis est fauere miseris, operibus probet innocentes dicere quos absolute nocentes pronuciare non possunt.

INTERPRETATIO.

Si communem seruū vnus ex dominis in vincula redegerit propter hoc libertati eius: si postea manumissus fuerit non nocebit, quia in tali re indulgentioris domini sententię quę nihil in eum facit melior iudicatur. Et ideo si ab vtroq; domino manumissus, fuerit ciuis romanus.



effici potest. Debitor creditorve seruum pignoris vinciendo deditum facere non possunt, alter enim sine altero causam pignoris deteriore facere nō potest.

## INTERPRETATIO.

Seruus furiosi domini vel pupilli iussu vinctus deditiorum numero non efficitur, quia neque furiosus neque pupillus exacti concilii capax est. Interpretatione non eget. Non tantum si ipse dominus vinciat nocet libertati; sed & si vincire iubeat aut vincientes procuratores aut torisve factū cōprobet. Quid si anteq̄ sciret vinctū solutionis eius causas approbarit, libertati futurę vincula nō nocent.

## INTERPRETATIO.

Si seruum nō solum dominus, sed & procurator eius vel actor in vincula redegerit, & dominus hoc iuste factū acquieverit liberatis futurę factum impedit. Nā si eum ab authore legato dominus soluere preceperit, futuram libertatem non poterit impedire. Cæco curator dari nō potest, quia ipse sibi procuratorem instituere potest; in interpretatione non eget.

## De fideicommissi libertatibus.

Titu. XII.



A conditione hæres institutus est, vt si liberos suos emancipauerit cōmode eos emancipare cogendus est. Pro conditione enī hoc loco emancipatio videtur adscripta. Interpretatione non eget. Decedente eo cui fideicommissa libertas relicta est; hæres eius eam prestare cogendi sunt.

## INTERPRETATIO.

Si testator per fideicommissum seruum iusserit manumitti, & ita euenerit vt anteq̄ manumissio daret is cui fideicommissa libertas est moriatur; hæres eius ad manumissionem prestādā quam author suus daturus erat iure compellitur. Decedens seruis suis libertatem ita dedit, illum & illum liberos esse volo eosq̄ filiis meis tu

tores do. impeditur fidei data libertas, quia pupilli sine tutoris autoritate manumittere non possunt. Et habentibus tutores tutor dari non potest: sed interim iure absentium pupilli habebuntur, ut ex decreto amplissimi ordinis patris libertas, ac deinde tutela comprehendere possit.

## INTERPRETATIO.

Si quis quis moriens seruis suis libertatem dandam filiorum fideicommissit, eosque filiis suis tutores esse preceperit. Hoc ordine fideicommissa libertas aliquatenus impeditur quia nec pupilli sine tutoris autoritate seruos manumittere possunt. Et qui tutores a patre nominatim relictos habent alios tutores habere non possunt. Sed tali casu ordinis concilio & ratione prospectum est, ut pupilli velut absentium vice dum libertas seruis tribuitur habeantur ut data a iudice secundum formam testamenti primitus libertatem etiam tutores esse preualeant.

Ad legem Fusiam Caninam

Titulus. XIII



Nominatim serui testamento manumitti secundum legem Fusiam possunt. Nominatim autem manumittere intelligitur hoc modo Titius seruus meus liber esto. Cum autem obsonatorem vel qui ex ancilla illa nascitur liberum esse uolo ex officiano senatusconsulto: aut inde libertas competit ac si nominatim data sit officiorum enim et artium appellatione & significatione nominis declarat nisi forte plures sint qui eo officio designentur. Tunc enim nomen adiungendum est ut eluceat, de quo testator sensisse uidetur. Interpretatione non eget.

Codicillis testamento confirmatis datę libertates cum his que testamenti tabulis datę sunt concurrunt & siue antecedant siue sequantur testamentum nouissimo loco adhibetur, quia ex testamento utreque confirmantur.

## INTEPRETATIO.

Quotiens per testamētum & per codicillum libertates dantur qui in codicillo manumissi sunt siue ante testamētum factus sit codicillus siue postea & testamēto cōfirmatus sit posteriori, loco tamē habendi sunt qui p codicillum fuerint manumissi, et ideo cōputatis primū qui testamēto manumissi sunt: tum illi qui in codicillis manumissi sunt nominantur. Et si maior numerus per codicillum quā lege Fusia canina continetur, illis libertas perit qui in codicillum super legitimū numerū manumissi inueniuntur. Quotiens numerus seruorum propter legem Fusiam caninam ineundus est, fugitiui quoque quorum semper possessio animo retinetur cōputandi sunt. Interpretatione non eget.

Lege Fusia canina cauetur vt certus seruorū, numerus testamento manumittatur subductis igitur duobus vsq; ad decem, pars dimidia, ad decē vsque triginta, pars tertia vsque ad centum, pars quarta, a cētum vsque ad quingentos pars quinta, plures autē q̄ centum: ex minorum numero seruorum manumitti non licet.

Explicit Iulii Pauli sententiarum.

Liber Quartus.

Iulij pauli Senten.

Incipit liber Quintus. De Liberali causa.  
Titulus Primus.



Vi contemplatione extreme necessitatis, aut alimētorum gratia filios suos vendiderint statim ingenuitati eorum non præiudicat, homo enim liber nullo dari precio estimatur, id est nec pignori; ab his autē fiducia dari possunt, ex quo facto sciēs creditor deportatur, operę tamen eorū locari possunt. veritati & origini ingenuitatis manusmissio quocunq; modo facta non præiudicat.

INTERPRETATIO.

Quicūq; ingenuam personam fraudis studio manumittendam esse crediderit, præiudiciū ex hoc ingenuitas nō incurrit. Descriptio ingenuorū ex officio fisci iter fiscalem familiam facta ingenuitati non præiudicat.

INTERPRETATIO.

Qui metuēs impressionē alicuius terroris apd' acta præsidis seruum se esse mentitus est, postea statum suū defendenti non præiudicat. INTERPRETATIO.

Post susceptum liberale iudiciū si assertor causam deseruerit in alium assertorem omne iudiciū transferri placuit, in priores vero quod prouidendę libertatis gratia factum est, extra ordinē vindicatur, non enim oportet susceptam status causam nulla cogente necessitate destitui. Interpretatione non eget.

De vsucapione.

Titulus. ii



Qffessionem acquirimus & animo & corpore, animo vtique nostro corpore vel nostro vel alieno, sed nudo animo adipisci quis dē possessionem non possumus, retinere ta

men nudo animo possumus sicut in saltibus hybernis, æstiuisque contingit. INTERPRETATIO. Aliqua sunt quæ animo & corpore possidemus, aliqua quæ tantum animo. Animo & corpore ea possidemus quæ in præsentem tenere videmur vel utimur. Animo vero ea possidemus quæ in longinquo posita sunt, & in nostro iure consistunt, & proprietati nostræ possumus vendicare. Per liberas personas quæ in potestate nostra non sunt acquiri nobis nihil potest, sed per procuratorem acquiri nobis possessionem posse utilitatis causa receptum est. Absente autem domino comparata non aliter ei quam si rata sit queritur.

## INTERPRETATIO

Per liberas personas quæ nobis nulla conditione obligate sunt acquirere nihil possumus, sed per procuratores acquiri nobis possessionem certum est. Nam si aliquid absente domino fuerit comparatum, non aliter ei acquiritur, nisi hanc ipsam venditionem sibi acceptam dominus esse censuerit. Longi autem temporis præscriptio inter presentes continui decennij spatio, inter absentes vicennij comprehenditur. Interpretatione non eget. Viginti annorum præscriptio etiam aduersus rem publicam potest esse ei qui iustum initium possessionis habuit, si non medio tempore subinterpellatus est. Actio tamen quanti eius interest aduersus eos rei publicæ datur, qui ea negocia defendere neglexerunt.

## INTERPRETATIO.

Viginti annorum præscriptio si tamen iustum possidentium initium intercessisse probatur, possessori prodesse certum est. Iustum autem initium est emptiones, hereditates, donationes legati, fideicommissi, & ceterarum rerum similiumque per legitimas scripturas atque contractus ad ius vniuscuiusque dominium transire noscuntur. huius autem rei præscriptio inter presentes decennij est, inter absentes vero vicennij computatur. Si post motam

Iulij Pauli Sententia

intra tempora quaestionem res ad nouum dominum  
emptione transferit, nec per viginti annos fuerit inque-  
ratus, auelli ei possessionem non oportet. Interpretatione non eget.

De his qui turbam faciunt.

Titulus, III.



Neos, qui per turbam seditionem ve dam-  
num alicui dederit, damnum ve curauerit,  
si quidem res pecuniaria est estimatione du-  
pli sarcitur. Quod si ex hoc corpore alicuius  
vita, membrisque noceatur, extra ordi-  
nem vindicatur. INTERPRETATIO.

Si aliquis collecta multitudine, aut concitata seditione  
damnum cuique intulerit, si pecunie damnum fiat du-  
pli redhibitione componitur. Nam si corpus alicuius vel  
membris cede pulsata fuerint, huiusmodi admissum iudice  
vindicetur. Quicquid ex incendio, ruina, naufragio, nauis  
uique expugnata raptum, susceptum, suppressum, ve-  
nerit eo animo in quadruplum eius rei, quam quis sup-  
presserit, calauerit, rapuerit, conuenitur. Postea vero  
in simplum. INTERPRETATIO.

Hi qui aedes aliquas villasque compilauerint, aut frega-  
rint expugnauerint siquidem id turba cum telis coacta  
fecerit capite punietur. Telorum autem appellatione  
omnia, ex quibus saluti hominis noceri possit accipiun-  
tur. Receptores aggressorum, itemque latronum eadem  
poena afficiuntur qua ipsi latrones. Sublatis enim sus-  
ceptoribus grassantium cupido conquiescit.

Interpretatione non eget. Fures vel raptores balnearum  
in metallum, aut in opus publicum damnantur.  
Nam nonnunquam pro frequentia admissorum iudican-  
tis sententia temperatur. INTERPRETATIO.

Incendiarii, qui consulto incendium inferunt summo  
supplicio afficiuntur. Quod si incuria eorum ignis eua-

ferit dupli compendio damnum huiusmodi sarcire placuit. Si aliquis malo studio incendium miserit, de hoc crimine conuictus poenis grauissimis iubetur interfici. Quod si per negligentiam factum incendium comprobetur, damnum cuiuscunque illatum fuerit, res, quæ incendio perierit dupli satisfactione sarcitur.

## De iniuriis

## Titulus. IIII.



Iniuriam patimur, aut in corpus, aut extra corpus. In corpus verberibus, & illatione estupri. Extra corpus cõuitijs & famosis libellis, quod ex affectu vniuscuiuscunque patientis & facientis estimatur. Furioso itemque infanti affectu doli & captu contumeliæ carenti idcirco iniuriarum agi cum his nõ potest. Interpretatione non eget.

Si liberis, qui in potestate sunt, aut vxori sit iniuria nostra interest vindicare, ideoque per nos actio inferri potest, si modo his que fecit iniuriam nostrã id fecisse doceatur. Interpretatione non eget. Corpori iniuria fertur, cum quis pulsatur cuique stuprum infertur, aut de stupro interpellatur. Quæ res extra ordinem vindicatur, ita vt pulsatio pudoris poena capitis vindicetur.

## INTEPRETATIO.

Sollicitatores alienarum nuptiarũ, itemq; matrimoniorum interpellatores, & si effectum sceleris potiri non possent propter voluntatem perniciosę libidinis extra ordinem puniuntur. Interpretatione non eget. Iniuriarum actio, aut lege, aut more, aut mixto iure introducta est, Lege duodecim tabularum de famosis criminibus, membris ruptis & ossibus fractis.

## INTEPRETATIO.

Moribus quotiẽs factũ pro leuitate sui arbitrio Iudicis aestimatur, cõgruẽtis poenę supplicio vindicatur. Mixto iure actio iniuriarum ex lege Cornelia constituitur

## Iulij Pauli Senten.

Quotiens quis pulsatur, vel cuius domus introitur ab his qui vulgo directarii appellantur. In quo sic extra ordinem animaduertitur ita vt prius ingruentis conciliū pro modo commentæ fraudis pœna vindicatur exiliij, aut metalli, aut operis publici. Interpretatiōe nō eget. Iniuriarum Ciuilitèr damnatus, eiusque estimationem inferre iustus famosus efficitur.

### INTERPRETATIO.

Qui pro iniuria mediocri æstimatę iurię damna subire compellitur, quamuis ciuilitèr videatur additus, tamen insanus efficitur. Atrox iniuria æstimatur, aut loco, aut tempore, aut persona, loco quotiēs in publicum irrogatur. Tēpore quotiēs interdū, persona quotiēs senatori, vel equiti romano, decuriōi, vel alias expectatę authoritatis viro. Etsi plebeius vel humili loco natus senatori vel equiti romano decurioni vel magistratui, vel edili vel iudici cuiūlibet horū, vel si ijs omnibus plebei inferunt.

### INTERPRETATIO.

Qui per calumniam iniurię actionem instituit extra ordinem punitur. Omnes enim calūniatores, exiliij vel insule relegatione aut ordinis amissiōe puniri placuit.

Interpretatione non eget.

Iniuriarum non nisi p̄sentes accusare possunt. Crimē enim quod vindicare per calumnie iudicium expectat per alios intendi non potest. Interpretatiōe nō eget. Fit iniuria contra bonos mores veluti si quis fimo corrupto aliquis pfuderit, ceno, luto, oblinierit. Aquas purgauerit fistulā, lacus vel aliud iniuria publica contaminauerit, i quos grauiter aīaduerti solet Interpretatiōe nō eget. Qui puero p̄textato stuprū, aliudve flagitiū adducto ab eo, vel corrupto comiti p̄suaserit mulierē, puellam ve interpellauerit, quidve pudicitię corrupendę gratia fecerit, domum prebuerit, p̄tiumve quod



id persuadeat dederit perfecto flagitio capite punitur. Imperfecto in insulam deportatur. Corrupti comites summo supplicio afficiuntur. Interpretatione non eget. Psalterium quod vulgo canticum dicitur in alterius infamiam compositum & publice cantatum, tam in eos qui hoc cantauerint, quam in eos qui composuerint extra ordinem vindicatur. Eo acrius si personae dignitas ab hac iniuria defendenda sit. Interpretatione non eget. In eos authores qui famosos libellos in contumeliam alterius proposuerint extra ordinem quoque ad relegationem insulae vindicentur. Interpretatione non eget. Conuictum iudici ab appellatoribus fieri non oportet, alioquin infamiae notantur. Interpretatione non eget. Non tantum is qui maledictum aut conuictum ingesserit, iniuriarum conuictus famosus efficitur sed is cuius ope, consiliove factum esse dicitur. Interpretatione non eget. Seruus qui iniuriam aut contumeliam fecerit, siquidem atrocem in metallum damnatur. Si vero leuem, flagellis caesus sub poena vinculorum temporalium domino restituitur. Interpretatione non eget.

## De effectu sententiarum.

Titul. v.



Es iudicatus videntur ab his qui imperium, potestatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum in partes dantur. Itemque magistratus municipales vsque ad summam qua ius dicere possunt. Itemque ab his qui ab imperatore extra ordinem petuntur. Ex compromisso autem iudex sumptus rem iudicatam non facit, sed si poena inter eos promissa sit, poena rei in iudicium deductae ex stipulatu peti potest. Interpretatione non eget. Confessi debitores pro iudicatis habentur ideoque ex die confessionis tempora solutionis praestita computantur.

## Iulij Pauli Senten.

tur. Interpretatione non eget. Confiteri quis in iudicio non tantum sua voce. sed & literis & quocūque modo potest conuinci autem nō nisi scriptura aut testibus potest. Interpretatione non eget. Eorum qui debito cōfessi sunt pignora capi & distrahi possunt. Interpretatione non eget. Ea quæ altera parte absente decernentur. vim rerum iudicatarum non obtinent. Interpretatione non eget. Trinis literis vel edictis aut vno pro omnibus dato, aut trina denunciatione conuentus, nisi ad iudicem ad quem si denūciatum est, aut cuius literis vel edicto conuentus est venerit, quasi in contumacem dicta sententia auctoritatem rerum iudicatarū obtinet. Quinimo nec appellari ab eo potest. Interpretatione non eget. Quicumq; tribus auctoritatibus iudicis conuentus, vel tribus edictis ad iudicium fuerit prouocatus, aut vno pro omnibus peremptorio id est quod causam extinguit fuerit euocatus, & presentiam suam apud eum iudicem a quo ei denūciatum est exhibere voluerit aduersum eum quasi in contumacem iudicare potest. Quinimo nec retractari per appellationē neq; gogia possunt. Quotiens in contumacē fuerit iudicatū ab ea sententia quæ aduersus contumaces data est neq; appellari neque in duplum reuocari potest. Interpretatione non eget. Res olim iudicata post longum silentium in iudicio duci non potest. nec eo nomine in duplum reuocari. Longum autem tempus exemplo longę prescriptionis decennij inter presentes, inter absentes vicennij. Interpretatione non eget. In causa capitali iniustus nemo damnatur, neque iniustus neque per alium accusare potest. Interpretatione non eget. Falsis instrumentis religio iudicis circumducta, si in dicta sententia prius de crimine admissio constiterit, eius causę instauratio iure deposcitur. Interpretatione non eget.



Et in eade possessionis gratia cōpa  
rata sunt interdicta, per que eā pos  
sionem quam iam habemus res  
tinere volumus. Quale est vti pos  
sidentis de rebus immobilibus vtro  
bi de, re mobili. Et in priore quidē  
is potior est qui redditū interdicti tē  
pore nec vi nec clam nec precario  
ab aduersario possidet. In altero vero potior est, qui  
maio rem partem anni retrorsum numerati nec vi, nec  
clam, nec precario possidet. Interpretatione non eget.  
Interdicta dicuntur quasi non perpetua sentētia, sed ad  
tempus interim dicta hoc est iudicem momentū priori  
reddere possessori, id est vt si quis possidenti intra anni  
spatiū quod amisisse videt p̄sentibus litigatoribus ius  
dice ordinante recipiat, & postmodū si voluerit tādē  
quā de rei p̄prietate cōfligat. Nā si talis casus emerferit  
aduentitiā quolibet titulo rē nouus possessor adeat, &  
eā maiore parte anni id est plusq̄ sex mēsibus teneat &  
ab alio hęc res quā tenuit auferatur, & ille qui abstulit  
quatuor aut quinq; mēsibus teneat. Si intra ip̄m ānum  
de momento fuerit actum priori possessori, qui maiore  
parte anni possederit a iudice partibus presentibus me  
rito reformatur, id aut de negocij qualitate ptes sequen  
te actione confligant. Si vero qui abstulit maiore parte  
anni possedit, āte iudiciū momenti beneficium reddere  
non cōpelleretur. Interpretatione non eget. Vt interdi  
ctum ita & actio pponitur. Neq; via publica aliquē p  
hibeat cuius rei sollicitudo ad viarū cultores pertineat  
a quarū munitione nemo exceptus est. Si qui tamen in  
ea aliquid operis fecerint, quo commeantes impediātur  
demolito opere condemnantur.

De interdicto vnde vi.

Titu. VII.

n iij.



**N**on tātum si ipse dominus possessione deſiciatur vtile interdictum est, sed etiam si familia eius, familia autem nomine, etiam duo serui continentur. Interpretatione non eget. Vi territus dicitur non tātum qui oppressione multitudinis, aut fustium, aut telorum, aut armorum metu terretur sed & is qui violenti opinione cōperta possessione cessit, si tamen eam aduersarius ingressus sit. Interpretatione non eget.

De nauī vi deiectus hoc interdicto experiri nō potest. sed vtilis ei actio de rebus recuperandis. Exemplo de vi bonorum raptorum datur, idque in eo dicēdum est qui carruca aut quo deſicitur quibus non adductis iniuriarum actio datur. Interpretatione non eget.

Vi deiectus videtur, & qui i prædio vi retinetur, & qui in via territus est, ne ad fundum suum accederet.

Interpretatione non eget.

Qui vi aut clam aut precario possidet ab aduersario impune deſicitur. Interpretatione non eget.

Vi possidet qui impetu efficaci depulso aduersario possidet. Clam possedisse videtur, qui ignorantibus & incio domino possessionem occupat, precario qui per precē postulat, vt ei in possessione permisso domini vel creditoris fiducia morari liceat. Ex rebus vi possessis si aliqua arserint, vel serui decesserint, licet id sine dolo eius qui deiecit factum sit, æstimatione tamen condēnandus est, qui ita voluit adipisci rem iuris alieni.

Interpretatione non eget. Si ex rebus quas violenter aliquis occupauit, quælibet sub quacūque occasione perierint aut arserint vel serui violenter occupati mortui fuerint tamen si fraude illius qui occupauit id quod perijt factum non videatur: tamen ab ipso quæcūque perierint

reddenda sunt, qui rem iuris alieni violenter visus est occupare. Interpretatiōe non eget. Si inter vicinos ex communi riuo aqua ducatur, induci prius debet, & his vicibus quibus a singulis duci consueuit. Ducenti autem vis fieri prohibetur. Alienam autem aquā vsurpanti nūmaria pœna irrogatur, cuius rei cura ad sollicitudinem p̄sidiis spectat. Interpretatione non eget. Redditur interdicti actio quę proponitur ex eo vt quis quod precariū habet restituat. Nam & ciuilis actio huius rei sicut commodati competit, eo vel maxime quod ex beneficio suo vnusquisque iniuriā pati non debet. Interpretatione non eget. Si quando alicuius precibus exorati aliquid cuicumque possidēdum ad tempus prestitum fuerit & ad primam admonitionem hoc ipsum reddere noluerit, dato aduersus eum interdicto & actione iusta proponitur, quę actio ciuilis est velut si de commodato agatur, vt res ita p̄stita sine aliqua difficultate reddatur, quia pro beneficio suo pati quamcūque iniuriā non oportet. Precario possidere videtur non tantum qui rem per epistolam, vel qualibet alia ratione hoc sibi concedi postulauit, sed & is qui in illo voluntatis iudicio patiente tamen domino possidet. Interpretatione non eget. Hæres eius qui precariam possessionem tenebat si in ea manserit, magis dicēdum est clam videri possidere. Nullæ enim preces videntur adhibitæ, & ideo persecutio eius rei semp manebit, nec interdicto locus est. Interpretatione non eget. Si hæres eius in ea possessione quam author suus precario possederat post mortem illius manserit, magis estimandus est clam id est occulto manere. Actio tamen proprietatis domino aduersus eum qui ita manserit iure competit. Arbor quę in alienas edes imminet, vel in vicini agrū nisi a domino sublocari non potest, isque conueniendus est, vt eam sublocet. Quod si cōuentus do

minus id facere noluerit a vicino luxuries ramorū cō-  
 pescitur, idque qualiscunque dominus facere non pro-  
 hibetur. Interpretatione non eget. Aduersus eū qui  
 hominē liberum vinxerit, suppresserit, incluserit, ope-  
 ramve, vt id fieret dederit, tam interdictum quam legis  
 fabiæ super ea reactio redditur & interdicto quidem id  
 agitur vt exhibeatur is qui detinetur. Lege autem fa-  
 bia aut etiam pœna nummaria cohercetur. Interpreta-  
 tione non eget. Si quicumque hominem liberum liga-  
 uerit, absconderit, incluserit, aut vt id fieret solatiū præ-  
 buerit, aduersum eum legis fabiæ actio datur id est vt  
 exhibeatur is qui in clausura aut in vinculis detinetur  
 ab eo qui fecisse conuincitur. Aut secundum legem fa-  
 biam puniendus est, aut secundum estimationem iudi-  
 cis pœna nummaria ferendus est. Bene concordans  
 matrimonium separari a patre ius nostrum prohibuit.  
 Itemque a patrono libertum, a parentibus filium filiā-  
 que nisi forte queratur vbi vtilius morari debeat, om-  
 nibus bonis quæ habet, quæque habiturus est obligas-  
 tis. Nec concubina nec filius naturalis, nec alūnus, nec  
 ea quæ in iure cotidiano habet obligantur, ideoque de  
 his nec interdictum redditur.

## INTERPRETATIO.

Si quis debitor creditori suo talem fecerit cautionē vt  
 omnia ei quæ in bonis suis habet, vel quæ habiturus est  
 oppignorasse videatur in tali conditione, nec concubina,  
 nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea quæ in v su  
 cotidiano habentur obligata videri possunt nec momē-  
 tum si creditor petat de his rebus quas superius dixi-  
 mus accipere potest.



**O**bligationum firmandarum gratia sti-  
 pulationes inductæ sunt, quæ quadam  
 verborum solennitate concipiuntur, &  
 appellate, quod per eas firmitas obliga-  
 tionum constringitur. Stipulum enim  
 veteres firmum appellauerunt. Interpre-  
 tatione non eget. Verborum obligatio  
 inter presentes contrahitur. Quod si scriptum fuerit instru-  
 mento promississe aliquem perinde habetur atque interrogatio-  
 ne precedente responsum sit. Interpretatione non eget. Ver-  
 borum obligatio ideo inter presentes consistere videtur, quia  
 necesse est, ut is qui aliquid redditurum se promittit ad cre-  
 ditoris interrogata respondeat. Si interrogatus fuerit,  
 istud dabis, ille respondet, dabo. Si interrogatus fuerit,  
 promittis, ille respondet, promitto, sed si scribat aliquis  
 se quancumque summam redditurum, ita habetur quasi ad  
 interrogata responderit. Et ideo ad redhibitionem secun-  
 dum scripturæ ordinem retinetur. Interpretatione non  
 eget. Fructuarius seruus si quid ex re fructuaria, aut ex  
 operibus suis acquirat ad fructuarium pertinet, quicquid  
 autem aliunde, vel ex re proprietaria acquirat domino  
 proprietatis acquirat.

INTERPRETATIO.

Cum facto promissoris res in stipulatum deducta interie-  
 rit, perinde agi ex stipulatu potest ac si ea res extaret,  
 ideoque promissoris estimatione habita vis punitur, ma-  
 xime si in dolum quoque eius grata fuerit stipulatio.

Interpretatione non eget. Qui aliquid se cuiuscumque reddi-  
 turum esse promiserit, si eius facto res promissa depereat,  
 ita eam is cui promissa est ab eo recipere potest tanquam non  
 perierit. Ideoque promissor estimatione habita precium  
 eius rei que perierit reformare compellitur. Quod in eo  
 magis obseruandum est, si promissoris fraude fuerit fa-  
 ctum.

De donationibus,

Titulus. IX.

o ij

Iulij Pauli Senten.



nouari possit.

Non solum per nosmetipsos nouamus, quod nobis detur, sed etiam per eos, per quos stipulari possumus, velut per filiū familias, vel per seruum iubendo, vel ratum habendo procuratori quoque nostro ex iussu nostro praeceptum est, vt Interpretatione non eget.

De stipulationibus:

Titulus, X.



Substitutus haeres ab instituto, qui sub conditione scriptus vtiliter sibi institutum hac stipulatione cauere compellitur, ne petita bonorum possessione, res hereditarias diminuat, hoc enim casu ex die interpositae stipulationis duplus fructus praestari compellitur, huius enim praedicti a superiore defert, quod quaeritur an ea res, de qua agitur sit maior centum sestertiis, ideoque in longiore diem concipit.

INTERPRETATIO.

Substitutus haeres eum, qui sub conditione haeres est institutus, addita hereditate compellere potest, vt sibi haeres institutus caueat, id est cautione promittat hanc ipsam hereditatem asse nullo penitus minuendam.

Quo facto si quid de hereditate fuerit imminutum, duplos fructus eius reddat. Cautionis die instituto redhibere compellitur, & ex die accepti iudicij dupli fructus computantur. Et tam dantes quam accipientes haeres quoque eorum procuratores cognitorumque personae, itemque sponsores eadem stipulatione comprehenduntur, eorum quoque, quorum nomine promittitur. Interpretatione non eget.

Ex ea die, qua de causa fuerit iudicatum, si de redhibitione mora facta fuerit, dupli fructus computantur.

Et tam illos, qui addicti fuerint, quam etiam haeres



eorum vel procuratores, aut cognitores, vel fideiussores eadem promissio comprehendit qui etiam tenendi sunt, quorum nomine fuerit facta promissio. Quoties iudicatum solui stipulatione satisfidatur, ommissa eius actio rei iudicatae persecutionem non excludit. Interpretatione non eget.

Si quando causa per iudicium fuerit terminata & iudicati solutio fideiussione interposita fuerit repromissa, sed is, cui fideiussio prebita est, huius rei actionem qualibet ratione tardauerit, a persecutione rei, quae addita est non excluditur. Emancipati liberi praeteriti si velint miscere se paternae hereditati, & cum his qui in potestate remanserunt diuidere hereditatem antequam bonorum possessionem petant, & de conferendo cauere cum satisfidatione debebunt.

Quod si satisfidare non possint, statim ex fide bonorum confusionem excepto peculio castrensi facere cogendi sunt. Interpretatione non eget.

Emancipati filij si patris testamento fuerint praetermissi, & se paternae hereditati cum reliquis fratribus miscere noluerint, de confundendis rebus, quas a patre emancipationis tempore perceperunt fideiussores dare compelluntur, qui eos omnia diuisioni refuturos sua fideiussione promittant. Quod si huiusmodi fideiussores non dederint, statim fide media confusionem rerum omnium, quas acceperunt facere compelluntur, exceptis tamen rebus, quas de castrensi peculio habere comprobantur.

De contrahenda auctoritate. Tit. XL.



**Q**B metum impendentis damni vicino satisfidari debet, datis sponsoribus super eo, si quod damnum acciderit. De communi pariete uti litatis causa hoc cepit obseruari, ut cum adificet quidam cui aedificari interest. Cogatur

oij.

Iulij Pauli Senten.

vero socius portionis suę impensas agnoscere.

INTERPRETATIO.

Si quando aliquibus vicinis paries ruinae metum videretur ostendere inuicem sibi datis fideiussoribus promittere debent, vti vicinus paries damnum fecerit, a socio sarcitur. Sed si ab vno ex his communis paries propter metum ruinae fuerit reparatus expensas fabricę socius illi pro portione sua prestare cogendus est.

De donationibus.

Titulus. XII.



Species extra dotem a matre in honorem nuptiarum praesente filia genero tradita fuerint, donationem perfecisse videtur. In interpretatione non eget.

Probatio tradita, vel non tradita possessionis, non tam in iure quam in facto consistit. Ideoque sufficit ad probationem si rem corporaliter teneat. Interpretatione non eget.

Si inter aliquos de tradita, aut non tradita renascatur intentio, huius rei probatio non iure, aut scriptura, sed in facto constat. Et ideo ad omnem probationem sufficit si res ab eo, qui sibi traditam asserit, teneatur. Pater si filio familias aliquid donauerit, & in ea voluntate perseverans decesserit, morte patris donatio conualescit. Interpretatione non eget.

Cum vnus rei in duobus donatio confertur, potior est ille cui res tradita est, nec interest posterior quis an primus acceperit, neque vllae exceptae personae sunt.

INTERPRETATIO.

Si aliquis vnam rem duobus per legitimas scripturas donauerit, vni prius & alteri postea non quaerendum est in his donationibus quis primus, vel posterior sit.

Sed qui rem tradente donatore possederit. Is eam, cui est tradita possidebit. Nec interest vtrum in parentes, an in extraneos talis sit facta donatio. Inuitus donator de euictione rei donatę promittere nō cogitur, nec eo nomine si promiserit, oneratur, quia lucratiuę rei possessor, ab euictionis actione ipsa iuris ratione depellitur.

## INTERPRETATIO.

Si aliquis iuris sui scriptura interueniente, donauerit, & euictionis pœnam sibi constituerit. inuitus non compellitur. Atq; etiã si volens promiserit non potest retineri, quia res, quę lucrum alteri facit, damnum pro munere suo donatori inferre nō poterit. Et si ad hanc rem is cui donatum est donatorem voluerit attinere ab hac actione omnibus modis remouetur.

## INTERPRETATIO.

Ei qui aliquem a latrunculis vel hostibus eripuit infinitum donare non prohibetur, si tamen donatio & non merces eximij laboris appellanda est, quia contemplatione salutis id certo modo æstimari non placuit.

## INTERPRETATIO.

Si quis aliquem de imminente periculo, id est de latronum aut hostium persecutione, vel manu eripuit quicquid, vel quantum, aut si omnia ei is qui liberatus est, pro salutis suę mercede donauerit, nec ab ipso donatore, nec ab hæredibus eius repperi potest, quia vitę præmij nulla potest precij estimatione pensari.



lus bona qui sibi ob aliquod admifsum flagitium mortem conſciuit, fiſco vendicatur quod ſi id odio vite, aut pudore æris alieni vel valetudinis alicuius impatiētia hoc admifit non inquietabuntur, ſed ordinaria ſucceſſioni relinquuntur.

## INTERPRETATIO.

Si quis ſibi pro aliquo admifſo crimine mortem intulerit, facultates eius fiſcus vendicat. Nam ſi ingrati tudine male vite aut propter verecundiam contracti mortuus debiti vel impatientiam valetudinis mortem ſibi intulerit bona eius ſuis hæredibus nullatenus auferuntur. Ei etiam velut indigno auferitur hereditas qui affinem vel cognatū cui ipſe ab inteſtato ſucceſſurus erat teſtamentum facere prohibuit, aut ne iuri ſubiſteret operam dedit. Interpretatione non eget. Si pater vel dominus id teſtamētum quo filius vel ſeruus hæredes inſtituti ſunt aut legatū acceperunt falſum redarguant nec opponant fiſco locus eſt. Interpretatione nō eget. Aetati eius qui accuſat teſtamentum ſi nō obtineat ſuc curri ſolet in id quod ita admifit maxime ſi tutoris aut curatoris conſilio actio inſtituta ſit. Interpretatione non eget.

## De fiſci aduocato.

Titu, XIII.



Nea prouincia ex qua quis originem ducit, officium fiſcale adminiſtrare prohibetur, ne aut gratioſus, aut calūnioſus apud ſuos eſſe videatur. Interpretatione non eget. Quotiens ſine auctoritate iudicati officiales alicuius bona occupant vel deſcribunt, vel ſub obſeruatione eſſe faciunt addito procuratore iniuria ſub

mouetur, & rei huiusmodi authores ad prefectos preturij puniendi mittuntur. Interpretatione non eget. Litem in perniciem priuatorum fisco donari non oportet nec ab eodem donata suscipi. Interpretatione non eget. Imperatorem litis causa heredem institui inuidiosum est, nec enim calūniandi facultatem ex principali maiestate capi oportet. Interpretatione non eget. Ex nuda pollicitatione nulla actio nascitur, ideoque eius bona qui se heredem imperatorem facturū iactauerat a fisco occupari non possit. Interpretatione non eget. Priuilegiū fisci est. Inter omnes creditores primum locū retinere. Interpretatione non eget. Quicumque a fisco conuenitur, non ex incerto & exemplo alicuius scripturę, sed ex autentico conueniendus est. Et si cōtractu fides possit ostēdi. Ceterum calumniosam scripturam vim iuste petitionis in iudicium obtinere non conuenit. Interpretatione non eget. Eius bona qui falsam monetam percussisse dicitur fisco vendicantur. Quod si serui ignorāte domino id fecisse dicantur ipsi quidem summo supplicio afficiuntur. Domino tamen nihil aufertur, quia peiorē domini causam serui facere nisi forte sciuerit oīno non possunt. Interpretatione non eget,

## De delatoribus.

## Titulus. xv.

**O**Mnes omnino deferre in alterum, & causam pecuniarum fisco nunciare prohibentur, nec refert. Si istud an fœmine faciāt, an serui, an ingenui, an libertini, an suus, an extraneus deferant, oī enim mō puniuntur. Interpretatione non eget. Serui fiscales qui causam dño prodere ac nunciare contendunt, deferre non vidētur, Subornati sane reū perdere coguntur ne quod per se non potest per aliū deferat perinde autē subornatores ac delatores puniuntur.

INTERPRETATIO.

Si serui fiscales aliquid nunciauerit atque prodiderint delatores esse non videntur. Sane si aliquis eos ad hanc rem immiserit vel instigauerit eum prodere iubetur.

Qui cum proditus ab illis fuerit, ita puniri iubetur. Quod modum delatores pro iuris ordine puniuntur. Interpretatione non eget. Damnati serui siue post sententiam siue ante sententiam dominorum facinora confessi sint nullo modo audiuntur, nisi forte reos deferant manifestatis. Interpretatione non eget.

De questionibus habendis. Titu. xvi.

**I**n criminibus eruendis questio quidem adhibetur sed non statim a tormentis incipiendum est. Ideoque prius argumentis querendum. Et si suspitione aliqua reus arguatur adhibitis tormentis de socijs & sceleribus suis confiteri compellitur. Interpretatione non eget. Vnius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab eo primum incipiatur qui timidior, & tenerę ætatis esse videatur.

De testibus. Titu. xvii.

**S**pectos gratia testes & eos maxime vel quos accusator de domo perduxerit, vel vite humilitas infamarit. Interrogari non placuit. In teste enim & vite qualitas expectari debet & dignitas. Interpretatione non eget. In affinem vel cognatum inuiti testes interrogari non possunt. Interpretatione non eget. Aduersus seinuicem parentes & liberi, iteque libertini volentes ad testimoniū non admittendi sunt, quia reuere testimonium necessitudo personarum plerumque corrumpit, interpretatione non eget. Aduersus seinuicem parentes & filij vel liberti testimoniū dicere prohibentur quia veritatē professionis propinquitatis affectio impedire cognoscitur. Testes enim fide tabularū nihil adhibiti iuuare dicuntur & aduersus scripturam

hanc interrogari non possunt. Interpretatiōe nō eget. Hi qui false vel varie testimonia dixerunt, vel vtrique parti pdiderunt, Aut in exiliū aguntur aut in insulā relegantur vel curia submouentur. Interpretatione non eget. In re pecuniaria tormenta nisi cum de rebus hereditarijs queritur, non adhibentur. Alias autem iureiurādo aut testibus explicant̄. Interpretatione non eget.

## De seruatorum quæstionibus.

Titu. XVIII.



**S**eruum de facto in se interrogari posse ratio equitatis ostendit. Nec enim obesse ei debet qui per seruum aliquid sine cautione commodatū deponitur. INTERPRETATIO. Seruū de facto suo in se interrogari posse præceptū est. Et si aliquid dominus eius per eū cuiuscūq; sine cautione transmiserit, aut commodauerit, illeq; cui traditum est negare voluerit per responsiones serui per quē res acta est possit rei probatio non deesse. Iudex tutelarīs, itēq; centum viri si aliter de rebus hereditarijs, vel de fide generis instrui non possunt, poterunt de seruis hereditarijs habere quæstionem. Interpretatione non eget. Si quando reꝝ hereditariarꝝ quantitas tutore agente requiritur vt possit hæreditatis quantitas inueniri, de seruis hereditarijs quæstionem haberi iure præceptum est. Etsi fortasse de filijs aliqua dubitatio habeatur, vt veritas inueniri possit torqueri serui hæreditarij iubentur. Serui alieni in alterius caput non nisi singuli torqueri possunt & hoc inuito domino non est permittendum, nisi delator cuius interest quod intēdit probare precia eorum quanti dominus taxauerit inferre sit paratus, vel certe deterioris facti serui subire taxationem. Seruus qui vltro aliquid de domino confitetur, fides non accommodatur, nec enim oportet in rebus dubijs salutem dominorum seruatorum arbitrio committi.

Interpretatione non eget. Serui in caput dñi neq; a præfide, neq; a pcuratore neq; in pecuniarijs aut in capitalibus causis interrogari possunt. Interpretatiōe nō eget. Cōmunis seruus in caput alterius ex dñis torqueri non potest. Interpretatione non eget. Qui seruū ideo comparauit ne in se torq̄retur, restituto precio poterit interrogari. Seruus in caput eius dñi a quo distractus est, cuius que aliquando seruiuit in memoriā, prioris domini interrogari non potest.

## INTERPRETATIO.

Si seruus ad hoc fuerit manumissus ne torq̄atur, quæstio de hoc nihilominus haberi potest. Quæstioni eius latronis quē quis obtulit cum de eo confiteretur, fidem accommodari non conuenit, nisi forte vel an de conscientie sue gratia quam cum res habuit fecisse doceatur.

## INTERPRETATIO.

Si latro quæstioni subditus de eo qui ipsum quæstioni obtulit confiteatur credulitatē confessioni eius non conuenit adhiberi nisi forte p̄ tegenda conscientia sua eū quæstioni obtulisse rebus euidentibus approbetur. Neq; accusator per alium accusare, neq; reus per alium defendi potest, nisi ingratum libertum patronus accuset, aut rei absentia defendatur.

## INTERPRETATIO.

In criminalibus causis nec accusator nisi per se aliquem accusare potest nec accusatus p̄ procuratorē, aut aliam personā defensare pmittitur, nisi forte ingratum libertū patronus accuset. Si postea datur iudici reus, absolutus esse dicatur. Idque in eum fuerit probatum, ea pœna dānatur, qua reus damnari potuisset. in conuictum reum siue torqueri possit, siue non possit, iudex quod ei visum fuerit iudicabit. Reis suis credere crimina accusatores cogendi sunt. Scire enim oportet quibus sint criminibus responsuri.

Interpretatione non eget.





Ost absolutionem publicam a delatore suo reus intratriciesimū diē repeti potest postea non potest. Interpretatione nō eget. Sūma supplicia sunt, crux, crematio, decollatio, me diocrium autē delictorū pœnē hęc sunt, metallū, ludus, deportatio, relegatio, exilium, opus publicū, vīcula. Sa ne qui ad gladiū dantur intra annum cōsumendi sunt.

De abactoribus.

Titu. xx.



Abactores sunt qui vnū equum, duas equas toti dēq; boues, vel capras decē, aut porcos quinq; abegerunt. Quicquid vero intra hunc numerū fuerit ablatū in pœna furti, p qualitate eius, aut in duplū, aut in triplum conuenitur, vel fustibus cęsum in opus publicū vnus anni datur, aut sub pœna vinculoꝝ domino restituitur. Interpretatione non eget. Si ea pecora de quibus quis litigat abegerit ad forū nō mittendus est, atq; ita si cōuinctus est, & in duplū vel triplū furis more damnatur. Interpretatione non eget.

De sacrilegis.

Titu. xxi.



Qui noctu manu facta pꝛedandi ac depopulandi gratia templum irrūpunt, bestijs obijciuntur. Si vero per diem leue aliquid de tēplo abstulerint, vel deportētur honestiores, vel humiliores in metallum damnātur ista que de tēplo dicta sunt, de ecclesia loqui intelligenda sunt de reliquo. Interpretatione non eget.

De incendiarijs

Titu. xxiii.



Qui noctu frugiferas arbores manu facta ceciderint, ad tempus pleiūque in opus publicum damnantur, aut honestiores damnū sarcire coguntur, vel curia submouentur, vel relegantur. Interpretatione non eget.

De vaticinatoribus &amp; mathematicis. Titu. xxiiii.

p iij



Vaticinatores sunt qui se deo plenos assumulant, idcirco a ciuitate expelli placuit, ne humana credulitate publici moris ad speciem alicuius rei corrumpentur, vel certe ex eo populares animi turbarentur. Ideoque primum fustibus caesi a ciuitate pellantur. Perseuerantes autem in vincula publica conuinciantur, aut in insulam deportentur, vel certe relegantur. Interpretatione non eget. Qui nouas & vsu vel ratione incognitas regiones inducunt, ex quibus animi hominum moueantur, honestiores deportentur, humiliores capite puniuntur. Interpretatione non eget. Qui de salute principis, vel summa rei publice mathematicos ariolos, aruspices, vaticinatores consulit. cum eo qui responderit capite puniatur. Interpretatione non eget. Non tantum diuinatione quis, sed ipsa scientia eius libris, qui melius fecerit debet abstinere. Quod si serui de salute dominorum consuluerint summo supplicio, id est cruci afficiuntur. Sed consulti autem si responsa dederint, aut in metallum damnantur, aut in insulam relegantur. Interpretatione non eget.

## De seditiosis

## Titulus, xxv.



Autores seditiosis & tumultus, vel concitatores populi pro qualitate dignitatis aut in crucem aut bestiis obijciuntur aut in insulam deportantur. Interpretatione non eget. Qui terminos effodiunt, vel exarant arbores, vel terminos euertunt, siquidem id serui sua sponte fecerint, in metallum damnantur, humiliores in opus publicum, honestiores in insulam amissa tertia parte bonorum redigantur, & exulare cogantur. Interpretatione non eget. Romani qui se iudaico ritu vel seruos suos circumcidi patiuntur, bonis ademptis in

infulam perpetuo relegantur, aut exulabunt. Medici capite puniuntur. Interpretatione non eget. Iudæi si alienæ nationis comparatos seruos circumciderint, aut deportantur, aut capite puniuntur. Interpret. nō eget.

Ad legem corneliam de sicarijs & veneficijs.

Titulus vicesimus sextus.

**E**x cornelia pœnam deportationis infigit illis qui hominem occiderint, eius ve rei causa furti ve faciendi cū telo fuerint, & qui venenum homines necandi causa habuerint, vendiderint, parauerint, falsum testimonium dixerint quo quis periret, mortis causas præstiterint, ob quæ omnia facinora in honestiores pœna capitis vindicari placuit. Humiliores vero in crucē tollentur aut bestijs obijciuntur. Interpretatione non eget. Qui hominem occiderit aliquando absoluitur. Et qui non occidit, vt homicida damnatur. Consiliū eī vniscuiusq; nō factū puniendū est, ideoq; qui cum velit occidere, id casu aliquo perpetrare nō potuit, vt homicida punitur. Et is qui casu iactu teli hominem imprudenter occidit, absoluitur. Interpretatione non eget. Mandatores cedīs perinde vt homicide puniuntur. Interpretatione non eget.

Iudex qui in caput fortunæque hominis pecuniam acceperit, in insulam bonis ademptis deportatur. Interpretatione non eget. Si putator ex arbore cum ramū deiecerit, non proclamauit, vt vitaretur, atque ita præteriens eiusdem ictu perierit, & si in legem non currit, in metallum damnatur. Interpretatione non eget.

Qui hominem inuitum libidinis aut probri causa castrauit, castrandum ve curauit, siue is seruus, siue liber sit capite punietur. Honestiores publicatis bonis in insulam deportentur. Interpretatione non eget. Qui abortiuum faciunt, aut totum præcludunt & si id dolo non faciunt, tamen mali exempli res est,

humiliores in metallum. Honestiores in insulā amissa parte bonorum relegantur. Quod si dolo malo ex hoc mulier aut homo perierit summo supplicio afficiuntur Interpretatione non eget. Qui sera impia nocturna uelut quem obcantare inde fecerint, faciendum ue curauerint, aut cruci affiguntur, aut bestiis obijciuntur.

Interpretatione non eget. Qui hominem immolauerint, uel eius sanguinem lactauerint fanum templum ue polluerint bestiis obijciuntur; uel si honestiores sint capite puniuntur. Interpretatione non eget. Magice artis conscios summo supplicio affici placuit, id est bestiis obijci, aut cruci affigi, ipsi autem magi uiui exuruntur. Interpretatione non eget Libros magice artis apud se nemine habere licet. Et penes quoscumque reperi sint bonis adeptis, honestiores publice in insulā deportantur. Humiliores capite puniuntur. Non tantum autem huius artis professio, sed etiam scientia prohibita est. Interpretatione non eget. Si ex eo medicamine, quod ad salutem hominis, uel ad remedium datum erat perierit homo his qui dederit, si honestior fuerit, in insulā relegatur, humilior autem capite punietur.

Ad legem Corneliam testamentariam Titu. xxviii.

**E**ge Cornelia testamentaria tenentur qui testamentum quod uel aliud instrumentum falsum sciens dolo malo scripserit, recitauerit, subiecerit, suppresserit, amouerit, resignauerit, deleuerit. Quod uel signum adulterinum sculpsit, fecerit, expresseit, amouerit, reserauerit. Qui uel nummos aureos, argenteos, adulterauerit, conflauerit, raserit, corruerit, uiciauerit, uel tu uel principum signatam monetam preter adulterinam reprobauerit, honestiores quidem in insulam deportantur, humiliores autem aut in metallum dantur, aut in crucis tolluntur. Serui autem post admissum manumissi capite puniuntur. Interpretatione non eget.

Qui ob falsum testimoniū prohibendū vel verē nō prohibendū pecuniā acceperit, dederit, iudicē vel vt sententiā ferat, vel non ferat corruerit, corrupendū v e curauerit humiliores capite puniunt. honestiores publicatis bonis cū ipso iudice in insulas deportant. Interpretatione non eget. Iudex qui contra sacra, vel principū cōstitutiones cōtra v e ius publicū quod apud se recitatū est p̄nunciat in insulā deportat. Interpretatione nō non eget. Quicūq; iudex oblatas sibi in iudicio leges, vel iuris species audire noluerit & contra eas iudicauerit ex hac cōuictus in insulā deportetur. Interpretatione non eget. Qui rōnis acta libellos albū p̄positū testationis, cautionis, chirographa, epistolas sciēs dolo malo in fraudem alicuius deleuerit, mutauerit, subiecerit, subscripserit, quive inaurauerit, argentauerit, quive cū argentū vel aurū poneret stagnum subiecerit, falsi pœna coercetur. Interpretatione non eget. Amplissim⁹ ordo decreuit, vt qui eas tabulas qui publici vel priuati cōtractus scripturā continent adhibitis testib⁹ ita signauerit, vt in summa marginis ad mediā partē p̄forate cōstringant, atq; impositū supra linū cerē signa imprimantur, vt exterioris scripturę fides interior referuaret taliter tabulę plateę nihil momenti habent. Interpretatiōe non eget. Qui viui testamentū aperuerit, recitauerit, resignauerit pœna legis cornelię tenetur. Et plerunque aut humiliores in metallum dantur aut honestiores in insulam deportantur. Interpretatione non eget. Si quis instrumēta vtilitatis suę a p̄curatore vel cognitore aduersario pdita esse cōuicerit, tam p̄curator, q̄ cognitor si humiliores sunt in metallū dānantur. Si honestiores sunt adempta dimidia parte bonorū in p̄petuū relegantur. Interpretatione non eget. Qui falsis instrumentis, epistolis rescriptis sciens dolo malo vsus fuerit, pœna falsi coercetur. Ideoq; humiliores in metallum

dānantur honestiores in insulā deportentur. Interpretatione nō eget. Instrumēta penes se deposita quicūq; alteri altero absente reddiderit p̄ p̄sone cōditiōe, aut in metallū dānatur, aut in insulā relegatur. Interpretatione nō eget. Qui sibi nomen falsum imposuerit vel genus, parētesve finxerit, quodq; aliud interceperit, possederit, p̄na legis Cornelie de falsis cohercetur. Interpretatione nō eget. Qui insignibus altioris ordinis vtunt, militiamq; cōsunt, quo quē teneant vel concutiant humiliores capite puniūtur, honestiores deportantur. Interpretatione nō eget. Si quidē iudicis amicitij s fami liaritate mentientes euentus sententię eius vendunt, quive obtentu noīs eius agunt, conuicti pro mō delicti aut relegantur, aut capite puniūtur. Interp̄. non eget.

Ad legē pompeia de parricidijs. Titu. XXIX.

**L**Ege pōpeia de parricidijs tenētur qui patrē, matrē, auum, auia, fratrem, sororē, patronum occiderint. Et si ātea insuti culeo in mare precipitabantur, hodie tamen viui exuruntur, vel ad bestias dantur. Interpretatione non eget.

Ad legē iuliam de vi publica & priuata. Titu. XXX.

**L**Ege Iulia de vi publica dānatur qui aliqua potestate peditus Ciuem romanū antea ad populū nunc imperatorem appellatē negauerit, negari iusserit, torserit, verberauerit, condemnauerit, vel in publica vincula duci iusserit. Cuius rei p̄na in humiliores capitis, in honestiores insule deportatio cohercetur. Hac lege excipiūtur qui artē ludicrā faciūt, iudicati etiā & cōfessi. Qui ideo in carcerē duci iubentur, quod ius dicēti non obrēperauerint, quidve cōtra disciplinā publicā fecerūt. Tribuni etiā militū & p̄fecti classū & alarum sine aliquo impedimēto legis iulie per eos militare delictum coherceri possunt.

INTERPRETATIO.

Lege iulia decretum est, vt p̄ violentia publica dānes  
 tur quicūq; iudex appellante, vt ad principis p̄sentiam  
 ducatur ingenuū hoīem vel ciuē romanū factum torse  
 rit, occiderit, vel occidi iusserit vel in vinculis publicis  
 astrixerit, vel flagellis ceciderit aut dānare p̄sumperit.  
 Pro qua re humiliores p̄sonæ iudicio capitis puniūtur  
 honestiores in insulā relegantur. Sed a legis istius p̄o-  
 na de aliquibus p̄ceptū est etiā si ad principē appellaue  
 rint posse torq̄ri vel dānari. Si qui in ludicra arte offen  
 derint, vel iudicio fuerint cōdēnati. aut de crimine suo  
 confessi, & si qui p̄pter hoc in carcerē redigātur quia se  
 cundū legis sententiā iudices carere noluerint, vel si cō  
 tra disciplinā publicā cōmississe aliqd cōuincātur, Tribu  
 ni quoq; militū, & p̄positi nauium & p̄fecti alarū, & hi  
 oēs siue impedimento legis iulie etiā post appellationem  
 possunt p̄ culpe sue qualitate aut dānare aut verberas  
 re. Lege iulia de vi priuata tenetur qui quē armatis hoī  
 bus possessiōe domo, villa, agrove deiecerit, expugna  
 uerit, obsederit incluserit, vel vt fieret hoīes cōmodaue  
 rit, locauerit, cōduxerit, quīve cōtū cōcursum turbā, se  
 ditionē, incendiū fecerit, funerari, sepeliri ve aliquē p̄  
 hibuerit, funusve eripuerit, turbauerit. Et qui eū cui aq̄  
 & igni interdictū est, recepit, celauerit, tenuerit. Qui ve  
 cū telo ī publico fuerit tēpli portas, aliudve publicū qd  
 armat⁹ obsederit cīxerit, clauerit, occupauerit, Quibus  
 oīb⁹ cōiectis si honestiores sunt tertia ps bonorū eripit,  
 & in insulā relegātur, humiliores in metallū dānantur.  
 Interpret. non eget. Creditor chyrographarius, si sine  
 iussu p̄sidis aut vim fecerit, debitori suo, aut pignora  
 cū nō aperit obligata ceperit. In legē iuliam de vi priua  
 ta incidit. fiducia vero & pignora apud se deposita per  
 sequi, & sine auctoritate iudicis v̄indicare non prohibe  
 tur. Interpretatione non eget.

Ad legem iuliam peculatus.

Titulus. xxxxi.

q̄ ii

Iulij Pauli Senten.

**S**iquis fiscalē pecuniā attrectauerit, subripuerit, mutauerit siue in suos vsus conuerterit, in quadruplū eius pecuniæ, quam sustulit condemnatur. Interpretatione non eget.

Ad legem Iuliam repetundarū. Titu. xxxii.

**I**udices pedanei si pecunia corrupti dicantur, plebūq; a p̄sīde aut curia submouentur, aut in exilium mittuntur aut ad tempus relegantur.

INTERPRETATIO.

Si pedanei iudices id est qui ex delegatione causas audiunt in audientiā causę corrupti cōtra iustitiā iudicasse cōuicti fuerint a iudice, puīncię, aut curia submouentur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur.

Ad legē Iuliam maiestatis. Titu. xxxiii.

**E**ge Iulia maiestatis tenetur is cuius ope vel cōsilio aduersus imperatorē, vel rē publicā armata sunt, exercitusve eius in insidias ductus est, qui vel iniussu imperatoris bellū gesserit, delictūve habuerit, exercitū comparauerit, sollicitauerit, eruerit. His antea imperpetuū aqua & igni interdicebatur, nunc vero humiliores bestijs obijciuntur vel uiui exuruntur, honestiores capite puniuntur. Quod crimen nō solum facto, sed verbis impijs, aut maledictis maxime exacerbatur. Interpretatione non eget. In reum maiestatis ut inquiramus cōuenit, quibus opibus qua actione, quibus hoc autoritatibus fecerit. Tātī enī reus nō obtentu adulationis aliquo sed ipsius admissi causa puniendus est. Et id totū de hoc queritur, nulla dignitas a tormentis excipitur. Interpretatione non eget.

Ad legem ambitus. Titu. xxxiiii.

**P**editurus magistratus, vel puīciæ sacerdotium, si turbam suffragiorum causa cōduxerit, conuictus utvis publicæ reus in insulā deportetur. Interpretatione non eget.



De pœnis militum.

Titu. XXXV.



Si pecunia accepta miles custodiã demiserit, capite puniendus est. Et certe queritur, cuius criminis reus dimissus esse videatur. Interpretatione non eget. Qui custodiam militis te persequente iam manu excusserint capite puniuntur. Interpretatione non eget.

Quando appellandum sit.

Titu. XXXVI.



Votiens iusiurandũ postulatur, eo tempore appellandum est, quo defertur, non quo iuratur. INTERPRETATIO.


Si quando dum causa a iudice auditur, sacramentum petente vno ex litigatoribus alter obtulerit, litigator qui iudices appellare voluerit tũc appellare debet qñ sacramentũ effertur, nõ postq̃ iuratur.

De cautionibus &amp; pœnis appellationũ. Titu. XXXVII.



Neliberũ quis & solutũ haberet arbitriũ non tractandã & reuocandã sententiã & pœna & tẽpora appellatoribus prestituta sunt. Quod nisi iuste appellauerint, tẽpora ad cauendũ, in pœna appellationis quinq; dieꝝ prestituta sunt. igitur ignorãs si eo in loco vbi appellauit, cauere debet, vt ex die acceptarũ literarũ cõtinui quinq; dies cõputentur. Si vero longius salua dinũeratiõẽ interi qnq; dies cũ eo ipso quo lras acceperit cõputentur. Interpretatione non eget. Propter supflua appellando licentiã, ne in retractandis vel reuocandis sententijs liberũ hãre arbitriũ videretur & tẽpora appellatiõis & pœnẽ cõstitute sunt, vt quicũq; iudicem q̃ causam eius audiuit appellare, & ad aliũ iudicẽ puocare voluerit intra qnq; dies appellet. Et his ipsis quinq; dieb9 ad iudicẽ ad quẽ puocauerit sine aliqua dissimulatione pueniat. Et ipse dies quo accepit lras in his quinq; diebus specialiter computetur. Quod si longius intersit exceptis his quinq; diebus spaciũ dierũ quo iter possit

q̃ in



agi computetur neq; in captione verborum in cauendo immoratur. Expeditissimū est autē poenā ipsā, vel quid aliud p̄ ea deponere. Necessē em̄ nō habet sponsores q̄s vel fideiussorē dare aut p̄ns esse. Et si cōtra eū fuerit p̄nunciatū, perdet qd̄ deposuit. Si q̄n̄ inter litigatores dādo presentie suę fideiussore contentio est, si aliquis in cautione verborum p̄iudiciū teneat, & propter hoc fideiussorē dare nolit, potest certū aliqd̄ de rebus suis poenę causa deponere. Sed si cōtra eū fuerit iudicatū, & ipse defuerit, p̄det quod deposuit. Quotiēs in poena appellationis cauetur tā vnus q̄ plures fideiussores si idonei sunt dari p̄nt. Sufficit em̄ etiā in vnū idoneū indemnitate poena cōsiliū. Interpretatione nō eget. Si plures appellāt vna cautio sufficit, & si vn⁹ caueat oībus prodest. Interp̄. nō eget. Si in vna causa multi appellāt vnā pro ipsis fieri sufficit cautio. Et si in cōi causa appellauerit, & vicerit, oīms pro quibus appellauit vicisse videtur. Cū a pluribus sentētijs prouocatur, singule cautiones exigēde sunt, & de singulis poenis sp̄odendū est. Interpret. nō eget. Cū de multis causis iudicis sententię faciēde sunt, & in singulis cautionibus singule poenę specialiter ab appellatoribus inferēde modus poenę in qua quis cauere debet specialiter cautioe exprimēdus est, vt sciat in qua stipulatione cōmittatur. Aliter em̄ recte cauisse nō videtur. Interpretatione non eget. Ad fertor si puocet in eiusmodi tertiā cauere debet, quanti causa aestimata est. Interpretatione non eget.

De literis dimissorijs

Titulus. xxxviii.

**A** B eo a quo appellatū est ad eū qui de appellatione cogniturus est literę dimissorię diriguntur, quę vulgo apostoli appellātur. Quarū postulatio & acceptio Intra quintū diem ex officio faciēda est. Ista superius sub titulo de cautionibus & poenis appellationis interpretata est. Interpretatione non eget.

Qui intra tempora præstituta dimissorias nõ p̄stulaue-  
rit, vel acceperit, vel reddiderit, p̄scriptione ab agendo  
submouetur, & p̄nam appellationis inferre cogetur.  
Interpretatione non eget.

De reddendis causis appellationum. Titulus, XXXIX.

**M**eritū appellationis causę capitalis, & ipsam ra-  
tionē status, nõ nisi p̄ nosmetipsos p̄sequi pos-  
sumus. Nemo enī absens aut induci in seruitus  
tē potest, aut dānari. INTERPRETATIO.

Si quādo in causa capitali similiter in causa status id est  
ingenuitatis vel seruitutis appellatū fuerit, non per p̄-  
curatores, sed ipsi p̄sentibus est agēdum. Quia nemo  
absens aut capite dānari potest, aut sententiā seruitutis  
excipere. Moratorias appellatiōes & eas qui ab execu-  
toribus, & confessis fiunt recipi non placuit. Quicunq̄  
non confidentiā iustę causę, sed causę differendę gra-  
tia si contra eum sententiā proferatur & appellauerit,  
vel si de facto suo confessus ne addicatur appellare vo-  
luerit, huiusmodi appellationes non recipiuntur. Eum  
quem dicimus appellatum conuictio ipsius iudices ap-  
pellare non oportet. Ideoque ita factum arbitrio prin-  
cipis vindicatur. Interpretatione non eget.

Post prouocationem quid obseruandū est. Tit. XL.

**Q**uotiens possessor appellat, fructus medi tē-  
poris deponi conuenit. Quod si petitor pro-  
uocet. Fructus in causa depositi esse nõ pos-  
sunt, nec rector eorum nomine satisfacere, po-  
stulat. Interpretatione non eget. Quotiens post au-  
ditam causam iudicem possessor appellat, fructus pos-  
sessoris de qua agitur dum secundę audientię euen-  
tus in dubium est merito sequestratur. Nam si petitor  
appellauerit hoc ab eo non potest sequestrare quod nõ  
habet.

INTERPRETATIO.

q. iiii.

## Iulij Pauli Senten.

Si propter prædiavrbana, vel mancipia appelletur pēs  
siones eorū, vel mercedes victorię etiam si de nauí aga  
tur deponi solent. Interpretatione non eget.

De meritis appellationibus. Titulus.

**Q**uoniam modo puniendum est vt quotiens iniusta  
appellatio pronuntiatur, sumptus, quos dum  
sequeretur aduersarius impendit reddere co  
gatur, non simplis, sed quadruplos.

### INTERPRETATIO.

Si quando cuiuscunque iniuste appellatio comproba  
tur, sumptus, quos ante appellationem aduersarium su  
um compulit sustinere, non in simplum ei, sed in qua  
druplum reformare cogetur.

Iulij Pauli sententiarum ad fis  
lium Libri quinti finis.


Lectori.


**Q**uid vsquam occurreret tibi Lector, quod sto  
macho tuo non faciet satis, noli protinus typos  
graphū, vel emēdatorem prelo adscriptum im  
peritię vel socordię damnare. Exemplaris vni  
ci ad nos missi fidem vbiq; pene secuti sumus, nisi vbi  
intoleranda quædam videbantur a descriptore vel ad  
missa, vel omissa. An vero exemplar, quo vsi sumus ab  
Almarico Bocharo santorum Præside Doctissimo reco  
gnitum fuerit, affirmare nō possumus. In eo certe pau  
cula quædam mutauimus. In alijs veriti sumus a vetus  
tis codicibus dissentire. Vale, & boni consule.

Petrus Vidoueus excudebat Lutetię Impensis  
conradi Reschi. Anno D. M. XXV.


Calendas, Martias.















Caja  
C-8!

1908